gure diuersis lineis ꝓficiūtur: sola aūt fi
gura spherica vna ꝙm linea claudit. Nā ce
tera corpa aliorꝫ hominum facta sunt saltē
duabꝰ lineis. i. cōmixtione vtriusqꝫ paren
tis. corpꝰ aūt xp̄i cōpostruꝫ fuit vna tm̄ li
nea. i. carne ꝙginea. Scōo ministrauit sibi
egresso ex vtero nutrimētū lactis virginei
Unde canit eccl̄ia. Jpm regē angelorū so
la virgo lactabat vbere de celo pleno. Ubi
tria notant. Primo qꝫ lactabat ⁊ pascebat
illū qui pascit oia. Jdeo alibi canit. parvo
qꝫ lacte pastus est ꝙ quem nec ales esurit.
Scōo qꝫ nō dedit ipm ad nutriendum. sed
ipsa sola eum nutriuit. Jdeo ōr̄. sola virgo
lactabat vt bona obseruatrix legꝫ. ꝗbus
cauetur qꝫ mater debeat filiuꝫ lactare. l. ſ
cōpetenti. vbi glo. C. de alen. liberis. Ter
tio qꝫ illud lac nō fuit a natura ꝓductum
sed de celo ministratum. quia virgines lac
naturaliter nō habent. Jdeo subdit vbere
de celo pleno. Tertio sibi ministrauit vi
uēti in mūdo necessaria vite corporalis. qꝫ
cum xp̄s pauper esset iuxta illud p̄s. xxxix.
Ego autem mendicus sum ⁊ pauper. Ma
ter eius sicut dicit Hieronymus acu et cor
lo acquirebat unde sibi et filio necessaria
procuraret. Jdeo de ipsa dicitur Prouer.
xxxi. vltimo. Quesiuit lanam ⁊ linum. Et
operata est in eis. Et infra. Manum suam
misit ad fortia. et digiti eius apprehende
runt fusum. Licz enim sit officium patris
postꝫ ablactatus est puer alere ipm filiū
⁊ nō matris. l. nec filiū. C. de patria potest.
tamē quia Joseph nō est verus pater xp̄i.
sed ipa virgo totā substantiaꝫ corporalem ei

ministrauerat quā alij filij recipiūt a p̄re ⁊
a matre. Ideo ad eā ptinebat eum nutrire ⁊
alere. Sed ꝫ ꝓter inopiam ecclesia esset
ab hoc onere. l. ſ. qꝫ a lib. ff. de liberis agnoscendis. sicut etiā eadē ō
causa ecclesia pr̄. vt inqt Bal. in. d. l. nec si
labat ad eū cū ingēti sollicitudine alendū.

Perfectū atrium habet tria

Ista aūt habitationē tā digna ⁊ putlē
ipe deus sibi edificauit. de qua ōr̄ Prouer.
ix. Sapia edificauit sibi domū: ⁊ edificatā
inhabitauit. Unde ipsa inqt Eccl̄i. xxiij. c.
Qui creauit me requeuit i tabernaculo meo.
Et de hoc etiā ōr̄ p̄s. lxxxvij. Homo natꝰ est
in ea: ⁊ ipse fundauit eaꝫ altissimꝰ. Circa
pfectionē aūt domꝰ siue atrij tria ꝑm Am
broſiū possunt ꝛsideraī. Bonꝰ em̄ artifex
primo fundamētū bonū ponit. qꝫ facto ma
lo fundamento: omne quod superedificat
corruit. c. cum paulꝰ. l. q. ſ. Secundo posi
to fundamēto. edificij membra distinguit.
Tertio adiūgit ornatū. Primo ergo deꝰ fā
damēta ꝙginis posuit. de ꝗbus ōr̄ p̄s. lxxxvij
Fundamenta eius in montibus sanctis.
Per mōtes aūt sctōs altitudo trinitatis i
telligit. Ipsa em̄ fuit fundata sup altitudi
nem potētie patris qui eā in bono confir
mauit. Sup altitudinē sapie filij qui eaꝫ
omni sapia illustrauit. Super altitudines
spūssancti qui eā in gra stabiliuit. Nō eni⁹
de facili cadit. tum qꝫ habet corpus luteū.
tum qꝫ habet fundamētuꝫ terrenū. De ꝗbꝰ
ōr̄ Job. iiij. Qui habitant domos luteas ⁊
terrenū habēt fundamentū. Homo quidē
habet domū luteā. i. corpus quod ē domꝰ
anime ⁊ de luto est formatū. Habet etiam
fundamentū terrenū quando spem suā ꝑpo
nit sup mūdū. Talis em̄ fuit ōr̄ Mat. vij.
Edificauit domū suā super arenam. Cadit
etiā homo qꝫ habet cor cinereū. de quo Ga
pien. xv. ōr̄. Cinis est cor eius: ⁊ luto vilior
vita illius. Non sic aūt fuit beate virginis
edificatio. qꝫ primo habuit corpꝰ solidatū
Quāuis em̄ corpus eius fuerit luteum. tñ
in fornace diuini amoris fuit sic ꝛcrematū
⁊ solidatū ꝙ nunqꝫ cadere potuit. qꝫ i eo
mihi de carnalitate remāsit. iuxta illud Ec
cl̄i. xxvij. Ua ꝑ illius erunt carnes eius
Ua Hiero. in sermone de assumptione ait.
Puto qꝫ quicqd cordis est. quicqd mentis
humane. si totū adhibeas: nō sufficeret vt
cogitare valeas quādo ꝛgo beatā indefinē
ter cremabaf ardore pij amoris. Scōo ha
buit animū celestem qui totus erat in dei
amore conuersus. Unde Hiero. vbi. ō. ait.
Totaꝫ eam repleuerat spūssancti gratia: et
totā eā incāduerat diuinꝰ amor. ita vt nihil
in ea esset qō mūdanus violaret affectꝰ sed
ardor cōtinuus ⁊ sobrietas superfluī amo
ris. Tertio ꝑo fundamento habuit deū.
Unde ōr̄ Cañ. viij. Janua super dilectum
suum. Janua ergo fuit super montem: de
quo ps. cxxiij. ōr̄. Qui confidunt in dño si
cut mōs syon ꝛc. Janua fuit super fortissi
mā turrim. De quā Prouer. xviij. ōr̄. Turris
fortissima nomen dñi. Fuit igit illa domꝰ q̄
cadere nō potuit: qꝫ fundata erat supra fir
mam petram. vt ōr̄ Mat. vij. Scōo celes
tis artifex posteā stabile fundamentū po
suit: edificiū pulchrum ererit intra illud. ſ.
fundamētū hoc aurū: argentū ⁊ lapides p
ciosos. Per argentū intelligitur eius corꝑ
diuino amore auratū. Per aurū ei⁹ animus
ciosos intelligunf eius virtutes ꝗbus ornata fuit. Tertio postꝫ celestis artifex
tam stabile fundamentū posuit ⁊ tam pul
chrum edificiū erexit ipm edificiū ornauit
atqꝫ depinxit. triplicē. s. colorē imponēdo.
scz albū colorē puritatis. nigrū humilitatis.
⁊ rubeū charitatis. Jdeo ipsa inqt Cañ. i.
Nigra sum ecce color niger humilitatis. ſs
formosa. ecce color albꝰ puritatis: sicut pel
les Salomonis. ecce color rubeꝰ charitatis
Dicit em̄ ibi glo. qꝫ Salomon fecit sibi ta
bernaculuꝫ de pellibꝰ rubricatis. Pulchra
ergo est pmissio. i. color albꝰ niger ⁊ rubeꝰ
quia pulchra cōfectio est puritas cū humi
litate ⁊ charitate. Non soluꝫ aūt btā ꝙgo
ōr̄ atrium ⁊ habitatio siue domus deī: sed
etiā appellat tabernaculū spūssancti omni
um. Sanctificauit tabernaculū suū altissi
mus Tabernaculū em̄ ōr̄ domꝰ deo dedica
ta. c. ſ. ⁊ ibi Archi. de sen. ⁊ re iudi. Et ꝓpter
hoc ecclia ōr̄ tabernaculū xp̄i. c. ne fortiran
de pe. di. ſ. Et ideo multo magis sic ds noīa
ri beata ꝙgo. que eniaꝫ denotaf thalamus
xp̄i. Dicit aūt thalamus a thalamone duce
romanoꝝ: qui cū quandā virgine Sabinā
nole rapuisset: dictum fuit ei per oraculuꝫ
qꝫ illa virgo ipsi cōiugio tradēda esset. Et
qm̄ ille nuptie thalamonis feliciter succes
serunt: ordinatū fuit. vt cubiculum spōsi ⁊

R maria atriuꝫ.

In maria triplex color.

S Maria habernaculū

Universidad de Deusto
Biblioteca

spōse thalamus diceret. quia igit deus in utero ỹginis nuptias celebrauit quādo. s. naturā humanā sibi copulauit. ideo ipius uterus recte thalam⁹ dici potest. de quo ps xviij. 0z. Ji sole posuit tabernaculū suū. t ipe tanq̄ spōsus. pcedēs de thalamo suo.

Consueuerūt aūt thalami regis pciosis pānis adornari: t varijs coloꝛib⁹ depingi t diuersis flonb⁹ aspergi. Thalamus aūt virginis adornatus fuit pānis pciosis purpureis. aureis. t gemmatis. De quibus dicit Cañ. ij. Ferculū fecit sibi rex Salomon de lignis libani. Ferculū essi 0z vas escarū. et significat ỹginis uteruz: in quo fuit positus ille q̄ est esca oium angeloꝛ t sanctoꝛum. t fuit de lignis libani. q: eius uter⁹ fuit odoriferus t incorruptibilis. t serpentuz infernalū expulsiuus. Postea subdit. Reclinatoriū fecit aureū ascēsuz purpureuz media charitate constrauit. Eius em uter⁹ in quo ips se reclinauit fuit adornat⁹ pāno aureo i. pudoꝛe ỹgineo. Sicut essi aut ē incorruptum fulgidum t pciosum. sic ei⁹ ỹginitas reddidit ei⁹ uterū incoꝛruptū quoad se. fulgidū p exemplū quoad ꝓximū: t pciosum quoad nos. Ascensuz q̄s eius purpureū. i. aiam inflāmauit diuino amore. t ascēdēre in celū p cōtemplationez media charitate constrauit. Charitas em est gēma lucida q̄ oēs virtutes facit fulgidas esse. De qua 0z Eccli. ix. Bēmula carbunculi in ornamento auri. Cūc essi charitas est pfecta q̄i hz secū annexā humilitatē t puritatē. Jdeo in beata virgine fuit gēmula humilitatis. t carbūculus feruētis charitatis t auꝛ in corruptibilis ỹginitatis. Ecce ē ꝙ iste thalam⁹ xpi pānis valō pciosis fuit ornat⁹. Fuit q̄s varijs coloꝛib⁹ ōpiet⁹. i. diuersis virtutib⁹ Sicut em color niger iuxta albū posit⁹ ipz albū magis cōmendat ỹm suam phi. ij. ō celo t mūdo t. j. Eleōbonus. sic humilitas btē ỹginis simul cū ỹginitate t alijs ỹrtutib⁹ pūcta ipaz ỹginitatē t alias ỹrtutes magis exornat. Si essi beata maria fuisset ỹgo sed supba. nec deo placuisset. nec filiū dei de ea carnem sumpsisset. Diuersis q̄s floꝛib⁹ fuit iste diuin⁹ thalam⁹ aspsus. s. rosa patiētie. Ecclī. xxiij. ipsa inq̄t. Quasi platatio roseꝛ hierich. Jte viola humilitatis pfunde. t lilio puritatis t mūdicie.

De quibus Cañ. ij. ipa ait. Ego flos campi t lilū cōualliū. Est q̄s btā ỹgo tēplū dei iuxta illud ps. xlvij. Suscepim⁹ deus miam tuam in medio templi tui. De quo templo figuratiue 0z. iij. Reg. vj. Nihil erat in tēplo qō non auro tegeret. i. charitate vestiretur. Sicut aūt ad ecclīam ꝓfugētes sūt securi: t nō possunt de illa per violentiam extrahi. i. presenti. C. de his qui ad ecclīas cōfugiūt. t. c. rerū. xvij. q. iiij. t. c. inter alia de immuni. eccle. Sic ad btām ỹginē cōfugientes sunt securi a demonib⁹. t nō pūt ad eoꝛ seruitia violēter trahi. nec ab eis in p fundū iferni ꝓici. Ecce ē quāti priuilegij est hec templū ỹginale. Forma aūt huius tēpli valde est ampla: vnde 0z tēplum q̄si tectū amplū. Sic em interpret hoc nomē templū ſm Archiō. in. c. t hoc. xvj. q. vj. t sumpsit ab Jsiō in. v. li. etymō. ca. iiij. Jn ipla aūt virgine gliosa fuerūt recta valde ampla. Primo quidem habuit amplū uterum ad deū suscipiendū. Cui canit eccliā. Cu quē celi capere nō poterāt tuo gremio pstitisti. Petrus q̄s raueñ. in quodā ꝟmōe ait. Oō erat in ꝓncipio apud deuz. itra se ỹgo peperit verbū. Et iterū. Ipa ỹgo fuit maioꝛ celo. fortioꝛ terra latioꝛ orbe. Nam deum quē mūd⁹ nō capit sola cepit t portauit eū q̄ portat orbē. Et iterū. Quāt⁹ sit deꝰ ignorat qui nō miraꝰ huiꝰ ỹginis uteruz celū pauet: tremūt ãgeli. creatura nō sufficiet. natura nō sufficit. q⁹ vna puella sic deū i sui pectoris hospitio capit. respicit t oblectaꝰ. terris pacē. celis gl'iaz. salutē ꝓdit. vitā mortuis dederit. Sicut em totū manna in vna. t tota vna erat in arca. et tota claudebaꝰ in templo. sic t diuinitas tanq̄ mānā dulcissimū tota erat in vna. i. in xpi aia. totaq̄ erat in arca. i. in xpi carne deificata. t hec oia claudebanꝰ in tēplo. i. i virginis utero gliosō. Sēō habuit amplū intellectū ad diuinū lumē suscipiendū. Intellectus em ỹginis non indigebat radijs q: habebat iuxta se ꝓsentia solis. iuxta illō Eccli. xxvj. Sicut sol oriēs mūdo in altissimis dei ꝛc. Nec indigebat lucerna. i. manuductione alicuiꝰ hois: q: in suo utero habebat diuinā lucernā fulgentē. Jdeo ibidē subdit. lucernes splendēs sup candelabrum sanctū. Nec indigebat sicut filij israel colūna ignis vel nubis. i. manuductiōe alicuiꝰ angeli. q: habebat ignē diuinitatis t nubē hūanitatis xpi. iō ibidē subdit. colūne auree sup bases argēteas. t pedes firmi sup plātas stabilis mulieris. Tertio hz animā affectū ad cōpatiendū. nam itra suā

suc mīe t pietaſ oīa recipit. Recipit em infantoꝛ q̄bus ipetrat dei grām. iō 0z. Maria mater grē. Recipit petōrez impetrando eis miaz diuinā. iō 0z mater mīe. Recipit ste. prege. Recipit alas de hoc mūdo ereū nostris facere dignet ipa ỹgo pyssima per infinita secla seculoꝛ būdicta. Amen.

De eiusdē itegerrime ỹgis noīatōe. ser. vj.

Rietur stella ex

Jacob. Nūe. xxiij. Jn sacra scriptura oēs angelici spūs stelle nuncupanꝰ. vñ Apoc. xij. dicit. Et draco cauda sua trahebat magnā partē stellaꝝ. Jtē oēs sctī stelle vocanꝰ. Un Gen. xxij. t Exo. xxxij. 0z Multiplicabo semē tuuz sicut stellas celi. Et. j. ad Coꝛ. xv. ait apl's. Stella a stella differt in claritate. i. sctitate. Ptez stella 0z ecclīa. Un Apoc. ij. scriptū est. Nec dicit q̄ tenet septē stellas in dextera sua. i. sanctas ecclīas septiformis dei rectoꝛ placentem Jlli etiaz hoīes q̄ sunt in gra dei dicuntur stelle: que tūc dicunt cadere q̄n a dei grata cadunt. iuxta illud Apocal. viij. Cecidit de celo stella magna ardens tanq̄ facula. Et Mat. xxiij. ait saluatoꝛ. Stelle cadent de celo. Sed beata virgo Maria singulariter modo stella appellatur. vt ptz in ỹbis ꝓpositis. Sup quib⁹q̄z cōsideratiōes faciem⁹

Jn prima videbimus quare virgo Maria dicatur stella celi.

Jn scḋa quare appellaꝰ stella poli.

Jn tertia quare stella maris.

Jn quarta qre stella matutina? nuncupaꝰ.

Jn quinta ỹo qre stella regia nominaꝰ.

Quare beata virgo dicit stella celi.

Consideratio. primo.

Cōm dñi Bernardinū in ẏmone. s. de noīe ỹginis: ipsa mr dei pōt stelle triplicit cōparari. videlicet stelle celi: poli et maris.

Stelle aūt celi cōparaꝰ multiplici de causa. Primo ꝓpter suā denotationem. Stella quippe a stādo denoīaꝰ. q: in celo stat fixa. Ells inq̄t Ptolomeus in suo cēntiloq̄o. q⁹ stella est dēnoꝛ paruo sui orbis. Et propter hanc stellaꝝ firmitatem dicitur Gene. j. q⁹ deus posuit stellas in firmamēto celi. Beata aūt virgo in celo suo hoc est filio: amabiliter stetit. Primo in ꝓceptione sua: quia nō cecidit per originale pctū. Unde de ipa sub noīe terre 0z Eccls. j. Terra aūt in eternum stat. De ipsa q̄s, pōt exponi illō p⁹ dicētis deo. Qui fundasti terraz sup stabilitatē suā nō inclinabit in seculuz seculi. Scḋo stetit in eo in vita per oīm virtutū irradiationē. De qua statiōe dicit ps. xliij. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Tertio stetit in morte eis⁹ p mentis cōpassionē. De qua statione 0z Job. xix. Stabat iuxta crucem Jesu mater eius. s. immobilis. q: alijs stellis. i. discipulis. cadentib⁹ de celo. i. a fide ipsa sola stetit. iuxta illud Abachuc. iij. Sol t luna steterūt in habitaculo suo. vel ſm aliā translationē. eleuat⁹ est sol. i. xpus habitaculo suo. Sed hec statio fuit lugubris sermone inducit humanuz genus ad ipsum dicentē. Mihi ridēs congaudet Eua. tibi plorans comparitur Maria. Filius quoq̄ dei inquit Esa. xxiij. Zorcular calcaui solꝰ. t de gētibus non est vir mecū quasi dicat. solū mater mea mihi ſe cōpassa est. Scḋo noīaꝰ stella. et cōparata est ꝓpter suā operationem. Stella essi primo ornat celū. Unde Eccli. xlij. 0z. Spēs celi gl'ia stellarum. Et Gene. j. inquit Moyses. Fecit deus duo lumināria magna. luminare maius vt preesset diei. luminare minus vt pesset nocti t stellas que lucerent in firmamēto celi. Bta aūt virgo facta est vt 0z naret celuz empyreū. Proinde de ipsa dici potest illud Eccli. xxvj. c. Sicut sol oriens mūdo i altissimis dei. sic bone mulieris speciosa est ornamētū domus eis. et Esa. lx. inquit deus. Glia libani. i. virgo Maria. candida t lucida ad te veniet ad ornandum locū sanctificatiōis sue. Scḋo stella denotat distinctionē t pmutationē tēpoꝝ. annoꝝ mensiū t dieꝝ. vt dicit in lib. de ꝓpietatibus elemētoꝝ. t filr maria est tēpoꝝ. annoꝝ: dieꝝ t mensium reseratiua. q: in ea incepit tēpus grē p filiū. annus remissionis. dies letitie t mēsis oīs nostre consolatiōis. vt ait magister Bartholome⁹ pisan⁹ in lib. de beata virgine maria. fructu. viij. t propter hāc opationē distinctionis rem⁹ poris 0z q⁹ stella significat. Unde de stellis Geneſis. j. cap. inquit deus. sint in signa. Proinde Albumasar in ꝓncipio sui libri inquit. Laus deo qui creauit stellas t posuit

Maria ornat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ornamentū ⁊ lucernas in significatione vt
p:eberent ductū rōnabilibus. Et rōne hui⁹
opatiōis cōuenit maria nomē stelle. qz ipa
fuit in signū. iuxt illud Esa. xl. O radix iesse
qui stas in signū pplox. Signum q̄ppe est
qđ se offert sensui. ⁊ al qđ relinquit intelle
ctui. c. signū. de cōse. dist. ij. ⁊ fuit dictū Au
gu. in. ij. li. de doctrina xp̄iana. Maria aūt
incarnatū deū sensui pōtauit. qz in terris
visus est. ⁊ cū hoibus conuersat⁹ est. vt dicit
Baruch. iij. Sed aliud intellectui dereliq̄t
qz p hoc q̄ dei filiū in carne visibilem exhi
buit: deitatē p fidē intellectui patefecit. Et
quo de fuit signū. iō Esa. vij. Achaz petenti
signū a dño rnlum est. Propterea dabit⁹ vo
bis dño signū Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet
filiū ⁊c. De hoc q̄s signo Apoc. xij. dictū est
Signum magnū apparuit in celo. mulier
amicta sole ⁊c. Et infra. Et in vtero habēs.
Merito quippe in vtero habere dr. qz ab
extra in vterū virile semē nō traxit. Ter
D Maria illuminat. tio stella illūinat mētes cecitatē. Ante ad
uentū em̄ suū pcl nebula totū mūdū occu
pauerat. vt nō esset qui verū lumen videre
posset. Erant em̄ oēs gētes q̄si nebule tur
binibus agitate. Unde. ij. Pet. ij. dr. Eratis
em̄ tenebre. nūc aūt lux in dño. Proinde in
tenebris morabant. Ūñ de ipsis dici pote
rat illud Naū. j. c. Inimicos eius psequen
tur tenebre. Candē p̄cessit beata ẋpo qua
si fulgida stella effugās tenebras: ita vt de
illa dici possit illud Eccli. l. Quasi stella ma
tutina in medio nebule. Unde Ber. super
Missus est inquit. Ipsa est nobis stella ex
Jacob orta. cui⁹ radius vniuersum mūdū
illustrat. cuius splēdor in supnis fulget et
inferos penetrat. Proinde in ps̄ona e⁹ dr
Eccli. xxiij. Penetrabo inferiores ptes ter
re. ⁊ aspiciam⁹ oēs dormientes et illūinabo
E Maria tenebras purificat. oēs sperantes in dño. Quarto stella no
ctem purificat. Si quidē p radios suos no
cturni frigoris densitatē serenat. et rarifi
cando purificat. ⁊ sūr facit maria. In terra
em̄ ante aduentū hui⁹ stelle tenebre erant
sicut Esa. lx. scriptum est. Ecce tenebre ope
riēt terrā ⁊ caligo populos. In hui⁹ quoq;
mysteriū dicit Exodi. x. Facte sunt tenebre
horribiles in vniuersa terra egypti. Candē
orta est stella ex Jacob. scil⁹ Maria. q̄ hos
tenebras purificauit ⁊ serenauit. Quippe
ipsa est emanatio quedam sincera omnipo
tētis dei. vt habetur Sap. vij. Unde Bern.
sup Missus est. ait de ea. Tolle hoc corp⁹
solare qđ illuminat mundū: vbi dico. Tol
le Mariā maris stellā: maris vtiq; magni
⁊ spacios. qđ nisi caligo inuoluēs ⁊ vmbra
mortis atq; dēnissime tenebre relinquent.

Quinto stella viuificāt: sicut pbus atte
stat. ppteres orbis primus plures⁹ hȳ stel
las: qz ipse p̄cipue est causa vite in istis in
ferioribus. Et hac q̄s rōne maria stella vocat
F Maria viuificat. si quidē motu regna but ab Ādaz ꝑm aplin.
ad Roma. v. adeo q̄ nō solū de morte cor
porali: sed etiaz de spūali verificabat illud
ij. Regū. xviij. scz Omnes morimur. Et illō
quod dicit in. ℣. deinceps. in auc. de nupc.
scilz mors oia soluit. Et illud p̄s. Quis est
homo q̄ viuet ⁊ nō videbit mortē? Uenien
te aūt hac stella oia mortua sunt vite resti
tuta. Quippe ipsa est lignū vite proferens
G Maria temperat. benedictū fructū. Gene. ij. de quo gustans
mortē: non gustabit in eternū: sed eternali
ter viuet. vt dicit Job. vj. Sexto stella
tēperat seu modificat geliduꝫ frigus no
ctis. ⁊ sic terrenalcentia fouet ⁊ modificat
⁊ ꝓpter hoc maria etiaz appellatur stella.
Malicia q̄ppe hui⁹ mūdi frigida est. Ūñ
Piere. vj. ait dño. Sicut frigidā facit cister
na aquā suā, sic ⁊ frigidā facit malicia a⁹
Epe igit quo ꝓcessit btā ẋgo maria hūani
generis malicia q̄si cōpleta fuit. iurta illō
Esa. xiij. Cōplera est malicia ei⁹. Propterea
in mūdo magnū frigus erat Ūñ Job. xviij
dr q̄ frigus erat. ⁊ Petr⁹ calefaciebat se et
de hoc predictus erat Zach. xiij. vbi dicit
In illa die nō erit lux sed frigus ⁊ gelu. Et
Eccli. xliij. scriptū est. Uent⁹ aq̄lo. i. diabol⁹
flauit. ⁊ congelauit crystallum ab aq̄. Pro
cessit aūt maria quasi stella coruscans. cale
faciēs ⁊ p̄fulgēs. ⁊ p cōsequēs fouēs. Pro
inde Ber. sup Missus est. homel. j. ait. Ipsa
ē nobis stella terras per lustrās ⁊ calefa
ciēs magis mētes q̄ corpa Fouet ardores et
coquit vitia. Ipsa est mulier fortis de qua
Prouer. xl. dr. nō timebit sibi in die frigo
ris. oēs em̄ domestici eius vestiti sunt du
plicib⁹. i. dei ⁊ primi charitate vel qz pro
missionē habz vite q̄ nūc est ⁊ future. Nec
sunt vestimēta valde bona q̄bz Rebecca in
duit filiū suū Jacob. vt p̄ris benedictionem
obtinere posset. Gen. xxvij. Septimo stel
H Maria ordinat. la ordinat ⁊ cōciliat. i. ordinē nā ordē inferio
rem sublimat. ⁊ tuti supiou p sui possibi
litate assimilatur. ⁊ sic quodāmodo recon
ciliat. Sic etiam hec stella fulgida ⁊ mun

di dña ⁊ regina eccl̄ia militantē tanq̄ in
feriorē ordinē: eccl̄ie triūphāti tanq̄ ordi su
perioꝛi recōciliauit nūcias pacē hīs q̄ ꝓpe
rāt. Ūñ ꝓfecto ipa est arcus federis sempi
terni posit⁹ in nubib⁹ celi ne interficiatur
I Maria altissima. fecit viraq; vnū. faciēs pacē vt recōciliet
ambos in vno corpe. ad Ephe. ij. Tertio
principalr̄ btā ẋgo appellatur stella ꝓpt
suā sublimatione seu situationē. Nā stella
locatōe est alta eo q̄ in firmamēto posita
est: qđ est altum. vñ Eccl̄i. xliij. dr. Altitudi
nis firmamentū pulchritudo eius est. Sic
btā ẋgo altissima est. eo q̄ post filiū oībus
aliis celsior fr. Profecto Luce. xviij. dicit.
K Qui se humiliat exaltabit. Cū ergo Ma
ria fuerit hūillima. ergo ⁊ altissima. Pro
inde Eccl̄i. xxiij. ipsa inquit. Ego in altissi
mis habito. Quarto dr stella ꝓpter filij
emissionē. Quā rationē tangēs Bern. sup
Missus est ait. Loquamur pauca sup hoc
nosse Maria. qđ interpretatū maris stella
dr. ⁊ matri virgini valde cōuenēter aptat
Ipsa nāq; syderi aptissime cōparatur. qz
sicut sine sui corruptione sydus emittit ra
diū. sic absq; sui lesiōe ẋgo parturit filium
L nec syderi radius suā minuit claritatē. nec
virgini filius suā integritatē. hec ille. Ūñ
eccl̄ia canit. Sicut sydus radiū ꝓfert. vir
go filiū pari forma. nec⁹ sydus radio nec⁹
mater filio fit corrupta. Quinto dr stel
la ꝓpter cōsolationē. de qua Hugo de scto
victore in quodā sermone inquit. Maria
stella. xp̄us ẋo sol appellat. Ideo petōres
velut in nocte a Maria cōsolatur⁹ nr̄i aūt
tanq̄ i die a xp̄o illuminātur. ideo si perri
M mencis ad xp̄m accedere ad mariā respice.
genus tuū conspicio. nihil iūice q̄ timeas
inuenio. Sexto ꝓpter suā puritatē. Si
cut em̄ stella nullā hȳs impuritatē: sic ⁊ btā
virgo maria nullā vnq̄ in se habuit immū
dicias. Sed de illa verificatum fuit illud. j.
ad Thessa. v. Integer spūs vester ⁊ aīa ⁊
corpus sine querela in aduentu dñi nostri
Jesu xp̄i seruef. Habuit em̄ corpus puritsi
mū sine vlla cōtagione. Ūñ xp̄us dicere pōt
de sua incarnatiōe illō Sap. viij. Uenit ad
corpus incoīnquinatum. Habuit etiā aīaꝫ
purissimam. Unde ipsa dicere ꝓtest illud
Sap. viij. Sortita sum animā bonam. Ha
buit quoq; spm̄ purissimū. nam fuit semp
N xus purissimo deo coniunctus per amorē,
quia sicut dicit Paulus. j. ad Cor. vj. Qui
adheret deo: vnus spūs est cū eo. Septi
mo dr stella ꝓpter velocitatem. Licz em̄ vt
supra dictum est stella de se sit īmobilis. qz
est in celo firo. tñ motu firmamēti mouetur
citissime. quia quotidie lustrat oīa in cir
cuitu. sicut etiam lapis preciosus fixus in
anulo de se non mouetur: sed ad motum ⁊
reuolutionē anuli reuoluitur. Sic quoq;
btā virgo. Iz vera sit sīa Pauli. ij. ad Cor.
iij. scz q̄ nō sumus sufficientes cogitare ali
qđ a nobis q̄si ex nobis. vt etiā inquit im
perator in. l. j. in principio. C. de vete. iure
enucle. tñ spūcto ducta in obseruandis di
uinis mādatis erat velocissima. Ūñ ipa di
cere pōt illud p̄s. cxviij. Uiā mādatoꝝ tuo
rū cucurri cū dilatasti cor meū. Octauo
O stella ꝓpter dignitatē. Stella em̄ inter
cetera corpalia habet magnā dignitatē. qz
vt ait pbus lib. de celo ⁊ mūdo in stellis nō
est corruptio neq; casus nec error. q̄ etiam
nunq̄ fuerāt in virgine. q̄ semp fuit incor
rupta. nec vnq̄ cecidit in aliquo peccātī vel
so. Tenuisti manum dexteraꝝ meaꝝ: ⁊ in vo
luntate tua deduxisti me. ⁊ in gl̄ia tua suscē
pisti me. Multas alias rationes ꝓpter
quas beata virgo maria stella dicitur hic
pertranseo causa brevitatis. de quibus tra
ctat magister Bartholomeus pisanus libro
de beata virgine fructu. vij.

Q̄ beata virgo Maria dr stella poli.

Consideratio secunda.

P Propter tria mak dei stella poli appellatur. Primo q: ipsa stella polo siue cardini est vicinissima. Ad dicēdo: aūt intelligentia est aduertēdus ꝙ duplex est polus in hoc mūdo. Unus est inuisibilis scz meridionalis. ⁊ reliquus vero est visibilis scz aq̄lonaris. ⁊ vterq; īmobilis est. Sup Duplex polus. quorū immobilitatē innititur totus mundus in sua circulari mora. Merito igitur ꝙ vtrūq; polū intelligitur ipse filius dei ⁊ verbū patris q̄ est principiū oīm quoad vnum. ⁊ finis oīm quoad reliquum. q̄ in meridie idest in sue maiestatis deitate nobis oīno inuisibilis est. sed ℓ aquilone nostre humanitatis visibilis factus est. Ūñ Apoc. j. ipe ait. Ego sum alpha ⁊ o principium ⁊ finis. De illo q̄ est in meridie dr Cant. j. Indica mihi vbi cubes in meridie. De aquilonari ẋo Job. xxvij. scriptū est. Ab aquilone aurū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maria vicina christo

venit quia er tpo incarnato splendor patris ꝓcessit. Ipse ēz immobilis est. Super cui⁹ mobilitatē immittūr oīa in suo motu. immobilisq; manēs dat cūcta moueri. vr ait Boet. in. de consolatione. Vnic ſtā dē polo fuit hec stella. scz virgo Maria vicinissima: maxime in quattuor. Primo in incarnatiōe scz per carnis idēritatē. q: eadem caro que fuit ꝯginis matris facta est caro⁹ filij dei pris. iuxta illud ad Gal. iiij. Misit deus filiū suū factuz ex muliere ⁊c. Partus em̄ est pars viscerū. l. s. in pri. ff. de vē. nſpi. Qua quidē carnē filius dei in vnitate ꝑsone suscepit. Et ꝓpter hanc vicinitatē dicit angelus ipsi ꝯgini Luc. j. dns recum. Scdo fuit rpo vicinissima in cōuersatione p administrationem. Vnde hoc est Ruth. c. vltimo figuratū. vbi mystice dicit de Noemi. q; natū puez suscepit. ⁊ posuit in sinu suo. ⁊ nutricis ac germe fungebat officio. hinc est q; absentiā eius scz xpi ferre nō potuit. nā dolēs eū in tēplo quesiuit Luc. ij. c. Tertio fuit sibi vicinissima in passione. q: simul cū eo dolorio gladio cōfossa est: sicut Lu. ij. predictum fuerat ei p Symeonē dicentē. Et tuā ipsi⁹ aiam ptrāsibit gladi⁹. Quarto fuit ei vicinissima in assumptione p glie susceptionem. Ob̄ essi sit ad dextrā filij sublimata per dictum Bern. in quodaz sermōe: nefas est dubitare. Si em̄ incorruptio deo prorimū facit. vt dr Sap. vj. cū hec ꝯgo fuerit incorruptissima. quia mater incorruptionis. profecto ipsi polo. i. filio suo est vicinissima. Vñ Augu. sermōe iij. de natiuitate ꝯginis ait. Tu ꝯo gl'osa virgo Maria brā es inter oēs mulieres. Tu plata cūctis virginum cateruis. Tu sequeris agnū quocūq; perrexerit. Tu virgineos choros ⁊ incentiue carnis illecebris alienos p lilia roſaſq; vernantes ad fontē perennis vite potādos inuitas. Tu in illa brōz beatifica regiōe primi ordinis dignitatē tenes. hec ille. Nec immerito brā ꝯgo est filio vicinissima. Omnibus em̄ ſsi quoz ea dē est natura idē loc⁹ esse debz. iuxta illud Eccli. xij. ⁊. vj. Oīa pgūt ad locū suū. Parētio aūt ⁊ filij eadē e natura cū nō differāt nisi solo nomie. t. i. suis. ff. ō libe. ⁊ posth.

p Scdo ōr stella poli q; ipsa stella est poli descriptiua cum sit brevissimi circuli circa ipm. sed cōsideremꝰ hoc ꝙliter esse pōt. Totus siquidē mundus describit quandaz intelligibilē ipherā cui⁹ centrū est ipse filius dei. qm̄ ipse est sicut centrū i circulo. a quo ereunt oēs linee. i. vniuerse creature. sicut dicit Dionysius. c. iij. de diuis noibus ⁊ Paulus trimegistus. quē refert Elleran. de alea. in. iij. pte sum. in tractatu de cōuenientia incarnationis rpi. q. ti. Sed hec sphera multos circulos hz intra se minuticē ordinatos. vñ tāto circulus eo brevior quāto centro est vicinior. Maxime ño circuli circa h centrū intelligibile sunt ipsa corpora celestia vel terrestria. ⁊ oīa circulum cōplent. sm̄ maiorē vel minorē distantiā ⁊ participationē primi. Cōsequēter aliū circulū cōplēt vitā vegetatiuā habēria. Et aliū habētia vitā sensitiuā. Aliū ño habentia vitam intellectiuā. Et inter hec oīa brevissimum circulū facit btā ꝯgo Maria. que p maternitatis ꝓpinquitatē arti⁹ euz cōstrinxit. ⁊ intra btā viscera. clausit ⁊ portauit. ita vt ipsa fuit facta q̄si orbis ꝓpria attestāte qui ait. ps. lxxvj. Illuxerūt coruscationes tue orbi terre. i. ꝯgini marie. que facta ē orbis filij dei. Vñ ipsa inquit Eccli. xxiiij. Girum celi circuiui sola. scz circulo ⁊ motu amoꝛ. Dicit em̄ Bern. q; qui amat vehementius currit velocius: ⁊ puenit citius. Ipsa aūt ꝓ oībus sanctis deū plenius ⁊ feruētius dilexit. vñ mater pulchre dilectiōis appellat. Eccli. xxiiij. Fuit aūt amor eiꝰ p modū cuiusdā circulatiōis. q: motus circularis est ab eodē in idē. Ipsa ño sic deū filiū suū amabat q; oīa alia nō nisi ꝓpt ipm diligebat. Et sic oīs amor eius ab ipo incipiebat ⁊ in ipm deū redibat. Tertio appellat stella poli. quia stella hec est stellarū oīum pulcrior. vt ō: Sap. vj. Posset etiā hoc aliter distingui. vt stelle sempiterne occultatiōis sint cōtemplatiue. q; semp deo assistunt. Stelle sempiterne apparitiōis sint actiue. q; semp actiōib⁹ intendūt. vicissim ño apparentes ⁊ vicissim occultantes sint medii mixti. q; aliqñ opant ⁊ aliqñ ꝓtemplant. Respectu em̄ istoz oīum btā ꝯgo est ꝓpria. Vñ Eccli. xxiiij. ipa inqt. In oīi populo ⁊ in oī gēte primatū tenui. Admiranda est igit hec stella. Vnde merito Sap. vij. de illa inquit spūssanctus. Est em̄ hec speciosior sole. ⁊ super omnem dispensationem stellaruz inuenitur prior.

Q maria stella maris. Q̄ beata virgo ō: stella maris.

Consideratio. iij.

t Tertio ꝓcipaliter cōparat ꝯgo maria stelle maris. Scōm em̄ Piero. Maria interpſat maris stella. q̄ etiā inqt venerabilis Beda sup Lu. dicēs. Maria hebraice: stella maris latine. synoce ño dña vocat. ⁊ merito. q: hec tot⁹ mūdi dñm lucē seculis meruit ghare pennē. Ideo canit ecclesia. Aue maris stella. Nec em̄ stella q; vulgariter appellatur la tramontana siue visa maior multoz hz ꝓprietates q; btēꝯgini ꝓuenire ꝑhanſ. Prima ōr illuminatiōis. est em̄ navigantiū in periculis directiua. Per ipam quippe scīūr naute quo velificēt. aut ad oq; lonē vel ad meridiē aut ad orientes vel occidentes. Ipa aūt stella in aq̄lone situata est. Sic etiā p marias oīa picula ⁊ discrimina hui⁹ mūdi euitanſ. ⁊ oīa itinera certificanſ. Tot aūt sunt picula hui⁹ vite q; nec cor pōt illa cogitare. nec lingua enarrare. Quia sicut ōr. j. Jo. ij. Totus mundus positus est in maligno. quasi dicat. vbicūq; est homo semp est in periculo. Et iō dicit apls. ij. ad Cor. xj. periculis fluminum'. periculis latronum ⁊c. ⁊ ad idem est rex. in. l. senatus §. mortis causa. ff. ō dona. ca. mor. vbi gl. allegat hoc dictuz Pauli. Incipit aūt a periculis fluminū. quia ipa sunt magis periculosa. Et ꝓpter hoc ōr Eccli. xxiij. Qui navigat mare enarrat pericula eiꝰ. Et in vulgari puerbio ōr. Chi nō va per mare non sa dio pregare. Quia ergo nos sum⁹ in mari magno huius mūdi. ideo inqt Grego. in mora. Semper timere debemus. q: semp i periculo sumus. Debemus ēz ad istaz stellā mariam respicere. Vnde Ber. sup missus est home. iij. inqt. Ista inquā est preclara ⁊ crima stella sup hoc mare magnū ⁊ spacioſum necessario subleuata. micāo meritiz ⁊ illustrās exēplis. O q̄ſq; te stelligis huius seculi ꝓfluio magis iter pellas ⁊ tē pestates fluctuare q̄ per terrā ambulare. ne auertas oculos tuos a fulgore hui⁹ lyderio si non vis obrui pcellis. Si insurgūt tentatiōnes. si ſcurras scopulos tribulationū. respice stellaz voca mariā. si iactanſ superbie vndio. si ambitiōis. si detractionis. si emulatiōis. respice stellā voca mariā nauicula cōcusserit mētio. respice mariam si crimina immanitate turbaꝰ. cōscientie baratro incipias absorberi tr sticie⁊ despatione ille. Conueniēter aūt situs stelle maris. Per aquilonē em̄ tribulatio seu pſecutio significari solet ꝓpter ventoz ⁊ pcellaꝝ vehemētiā. Ideo locus Marie i aquilone esse ōr. vt p eā austeritas tribulatois et pſecutiōis inflicte humanius temperet ⁊ mitigef maxime er pſideratione patientie eius: q; valde in hoc mūdo afflicta. omnia aduersa patientissime toleravit. Quis em̄ fidelis de pauperate audeat cōsqueri: cūpi deat matrē dñi colo ⁊ acu victum quere re. Quis de immo aut alius aduersitatibus poterit desperare: si deuote cōsideret regiā celi multo peio: a'atq; asperiora toleraſ se. Soleꝛ etiā per aquilonē petōr significari. Vñ Viere. j. ōr. Ab aq̄lone pandet omne malū. Cōuenienter ergo locus aquilonaris ei appropriaf eo q; ipa iter petōres ⁊ filiū suum cōstituatur vt er vna parte iram eius mitiget. ⁊ er altera peccatum erremin et Quapropter fm̄ Aler. de alea super psalteriū beata virgo iuxta crucē depingi debz ad sinistram christi: quia stans ad crucem facīē tendebat ad orientē. sic ad sinistram idest ad aq̄lonē stabat. vt ostendat. q; peccatoribus qui sunt ex parte sinistra rpi. Vñ pphera in ꝑsona rpi pendentis in cruce ait. ps. cxlj. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat: qui cognosceret me.

Locus aquilonis maxime apropriatur.

Petōr aquilo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia nō erat ibi beata virgo ſz in ſiniſtra p te pfectiſſime cognoſcēs xpm. Proinde oꝛ a pcōre Cañ. iiij. Surge aquilo ⁊ veni auſter. perfla hortū meū vt fluant aromata illius. Cū em̄ ſurgit maria per pia interceſſionē. tūc venit auſter. i. ſpūſanctus p gre immiſſionē. ⁊ perflat hortꝰ anime p dulcedinis ſpūalis ſuſceptiones. ⁊ fluūt aromata per multiplicem virtutū operationē. De boc aq̄lone ⁊ auſtro. dicit Eſa. xliij. Dicaq̄loni da. ⁊ auſtro noli pꝛohibere. i. rogabo Mariā vt ō gra ſua tribuat. ⁊ auſtro. i. ſpūſancto ſupplicet vt nō pꝛohibeat. qn potius abūdanti⁹ per ipſam de ſuis charismatib⁹ immittat. Dec eſt ꝓga Moyſi q̄ vnda maris rubri pcutiē ⁊ diuidit: vt iter fluentiū ppla trāſeat quo ad terrā pmiſſionis valeat puenire Exo. xiiij. Secōo oꝛ ſtella maris rōne introductionis. Illa em̄ ſtella eſt in portum introductiua. ⁊ filr ꝓgo maria ad terrā pmiſſionis ducatū pꝛeſtat. vt Ber. ſup Miſſꝰ eſt ait. Ipſam ſequens nō deuias. ipſam rogans non deſperas. ipſa cogitans non erras. ipſa ptegente nō metuis. ipſa duce nō fatigaris. ipa. ppitia ad portum peruenis. ⁊ ſic in temetipſo experiris q̄ merito dictū ſit. Et nomen virginis maria. hec ille. qui etiam inquit ibidē. In periculis. in angustijs. in necessitatib⁹. in rebus dubijs mariā ſemp cogita. ipſamq̄ inuoca. non recedat ab ore. non diſcedat a corde. vt impetres eius orationis ſuffragium ne deſeras conuerſationis exēplū. hile. Et ipa ſtella fulgētiſſima te faciet cursumvite bñ dirrigere. ⁊ nō ſactari ventoꝝ ne gllie. nec frāgi ſcopulis aduerſitatū. nec abſorberi ſcille vel charibdis voragle. i. voluptatū ſenſualitate: ſz pſpere puenire ad eterne felicitatis portum. Tertio oꝛ ſtella maris rōne inflammatiōis. q: ipa ſtella ē marime frigoris tēperatiua. reſpectus em̄ eius ſemp eſt ſup mare p radioꝝ directiones. ⁊ per ꝑnās per caloris ipūſſancti cōicationē. Quippe ipſa eſt via per quam ſpargit lux. ⁊ diuidit eſtus ſup terrā. Job. xxxviij. Lux em̄ eterna eſt ſup tenebroſum mundū p ipam ſparſa ⁊ manifeſtata. ⁊ ad hoc applicari pōt illud q̄ ſcriptū eſt Deſter. viij. Judeis noua lux oꝛtta eſt. gaudiū. honoꝝ ⁊ tripudiū. ⁊ tō eſtus diuſus ē ſuper terram. i. calor charitatis ſpūſancti partitus eſt vt nō ſit qui ſam ſe abſcōdat a caloꝛe eius. immo nō eſt adeo durū vel lapideum coꝛ quod iſtius ſtelle caloꝛe nō diſſoluatur. vñ Job. xxvj. ſcriptum eſt. Lapis ſolutꝰ caloꝛe in eo vertitur. i. qui durus et obſtinatꝰ ātea fuit p marie dulcedinē emollit. Merito ergo marine ſtelle noīe nuncupatur. Quarto oꝛ ſtella maris rōne immobilitatis ⁊ firmitatis. nam ſtella maris nauigantibus immobilis ⁊ firma ſemper eſt q̄m ſi mobilis eſſet. recte ad portū dirigere nō poſſet. Un dicit Fran. de may. in ſermone q̄ incipit. Quietur ſtella. q̄ hec ſtella oꝛ cardo. q: ſtat immobilis rota celi reuoluta ſicut cardo in oſtio. Et ſili modo beata virgo tā hic in via q̄m i patria ſemp fuit firma Jn via quidez: q: nunq̄ per petm̄ declinauit. nec ad occaſus tetendit. Un dicit glo. in. c. ij. de ꝺſe. di. iiij. q̄ ꝓgo maria non potuit peccarre etiā venialiter: Et nō eſt quia ſemp fuit in charitate. q̄ aūt manet in charitate nō pōt peccare. c. charitas. de pe. di. ij. De alijs aūt ſtellis. i. ſanctis oꝛ Johelis ij. Stelle retraxerūt ſplēdoꝛē ſuū. Ipſa ꝺo inquit Eccli. xxiij. Uſq; ad futurū ſeculum nō deſinam. Oō nō ſolum de permanētia in bono intelligi pōt. ſed etiā de pmanētia ad bñfaciendum nobis. quia alijs ſanctis ſubtrahentibus lumen ſuoꝝ bñficioꝝ. ipa nobis nūq̄ deeſt. ſed ſemp firma ⁊ perſeuerans nos expectat ⁊ ſui auxilij nobis radiū pſtat. Sicut ergo ſtella marina a ſuo loco nunq̄ diſcedit. ſic beata ꝓgo a ſuo filio nec ad pūctū vnq̄ diſceſſit. ⁊ ꝓtinue nos cuſtodit: Sic eſt oꝛ de filio ſuo p ꝑs. cxr. Ecce nō dormitabit neq; dormiet q̄ cuſtodit iſrael Jta de ipſa dicere poſſumus q̄ nō dormiſſe ſed ſemp p nobis vigilat. Un ipa pōt dicere illud Eſa. xxj. Sup ſpeculā dñi ego ſum ſtans iugiter. per diem ⁊ noctes. Jn patria q̄s oꝛ firma ſtare. q: ſz aie alioꝝ ſanctoꝝ moueant p appetitionē cōiunctionis ad cuꝰ ſuis corporibus. vt inquit magiſter in iiij. di. xlix. c. ij. ipſa virgo gloꝛioſa tā mēte q̄m corpore in celeſti ſede quieſcens velut fulgētiſſimū ſydus emicat. Quinto oꝛ ſtella maris rōne attractiōis. Sicut em̄ illa ſtella habēs virtutē attractiuam ferrū ad ſe trahit. ſic Maria ferreas mētes ſepe conuertit. Ferrum quippe eſt durum. frigidum ⁊ ponderoſum. nam de terra rollitur Job. xxviij. ⁊. c. ferrum. i. di. Terra aūt eſt

dura frigida ⁊ pōderoſa. ⁊ ſignificat pctōres q̄ frigidi ſunt ad amādū deū. duri ad cōuertendū. ⁊ pōderoſi p amoꝛē terrenoꝝ. ꝺgo inflāmat: cōuertit. ⁊ ad celeſtia ſublevat. vt etiā infra dicet. Un quidā attractꝰ ab iſta ſtella diuina dicere poteſt illud ꝓdeū viuū. Secto oꝛ ſtella maris rōne di rectiōis. Sicut em̄ ſtella maris ita dirigit nauē q̄ ipſa nō dirigit a naui. Jta btā virgo nauē eccle ita dirigebat ſuis meritis ⁊ exēplis q̄ ipſa nō indigebat dirigi aliquo rū alioꝝ meritis. q: in ipſa erat plenitudo oīm meritoꝝ. Apli aūt ⁊ alij ſcti ita dirigebāt eccleſiam ſuis doctrinis. q̄ nihilominus ipſi indigebāt dirigi ab eccleſia ſanctoꝝ meritis ⁊ interceſſionibus. Ut em̄ inquit ter. in. i. in principio. C. de iuſti. codi. cōfir. alter alterꝰ auxilio ſemp eguit. Un ⁊ apl's Paulus rogabat oāri pro ſe. vt ptz ad Roma. xv. ⁊. ſ. ad Theſ. vlr. Septimo oꝛ ſtella maris rōne apparitiōis. Nec em̄ hec ſtella ſit valde magna. tñ in apparētia hꝫ magnā poꝛuitatē. Sic ⁊ btā virgo licz eſſz maria merit[⁊ ꝺrutib⁹. tñ de ſe ſentiebat humillima. maxime aūt in animo. in ꝺbo. facto. ⁊ ſigno. Humilia de ſe oſtendit ꝓmo in año. q: nulli ſe ꝓponebat. iuꝝ dictū apli ad Philip. ij. faciēs: qui inḡt. Supiores inuicē arbitranteo. Jpſa eſſi Joſeph ſi bi ꝓpoſuit. Luc. ij. di. Pater tuus ⁊ ego ꝛc. nunq̄ etiā ſe ingerebat: ſed oībus locū dabat qui ad filiū ſuū ire volebāt. q̄ notat Mar. xij. vbi oꝛ. Et ait quidā. mater tua ⁊ frēs tui foris ſtant querentes te. Oō expo nens Ber. in quoꝺā ſermone ait. Ubi Maria aliq̄n pſumptuoſa fuiſſe inuenit: foris ſtabat querēs loq̄ filio. nec autoꝛitate materna aut ſermonē interrupit aut habitatione in qua filius loquebat intrauit. Secūdo habuit hūilitatē in verbo. q̄n ſe ancillā vocauit Luc. ſ. Tertio habuit hūilitates in ſigno. Magnū quippe ſignū hūilitatis fuit. q̄n filio ſuo ſam celū aſcēdente. ⁊ ipſa in b mūdo loco filij remanentē: in nouiſſimo tñ loco poni voluit. volēs ſeruare illud Luc. xiiij. ſcs Recūbe in nouiſſimo loco. Dicit eſſi Aug. ij. vbi enumeratis oībus apli⁹ ſubdit. Vt oēs erāt vnanimiter pſeuerātes in oꝛōne cū mulieribus ⁊ Maria mr̄e Jeſu. Sicut em̄ abſente ſole inter cetera ſydera luna magis illuminat mundum ⁊ tñ infimū tenet locū. ſic ſole iuſticie abſente ⁊ in celo regnante Maria inter cetera mūdi luminaria mūdū magis illūinabat ⁊ tñ nouiſſimū locū tenebat. Quarto hūiliter hūiliterē in facto. q: poſtq̄ fuit mater dei effecta: ancillā Eliſabeth ſe fecit. Un Ber. in quoꝺā ꝓmone ait. Jn mōtana cū feſtinatione ꝺgo abijt ⁊ Eliſabeth ſalutauit. ⁊ in eo miſterio ſſi trib⁹ mēſib⁹ hūiliter ſtetit Multas alias cauſas ꝓpter quas beata ꝺgo appellat ſtella maris cō breuitatis ꝺ Petrarcha. q̄s ponit Albert⁹ ſup Miſſus ē. c. lxxxv. ⁊ magr Bartho. piſanus in li. vite ꝺginis. fructu. viij. ⁊ magr Frā. de mayro. ſup. ꝺ. qui inḡt. q̄ hec ſtella hꝫ decē preclaras ꝓpietates virgini matri decentiſſime ꝓuenientes. ⁊ inter alia dicit q̄ iſta ſtella hꝫ ſtellas. vñ ⁊ ſol quāto magis ad ipam appropinquat tāto magis oꝛ aſcēdere. mater aūtem dñi ꝺm q̄ ait Piero. nō ſolū eſt ſup oēs ſcōꝰ: ſed etiā ſup oēs angelos in celo volūtur in circuitu huius ſtelle. regio oꝛ ſeptētrionalis. ita mr̄ dñi habet iuxta illō apoc. ſ. Sēa vobis ꝛc. ſequiſ. ⁊ a ſeptē ſpūs qui in conſpectu thꝛi eius ſunt. ⁊ p cōſequēs i. ꝓſpectu thꝛoni matris q̄ ſeder a ōrtris eius. Jtē ſicut ꝺm quoꝺā aſtrologos ſtelle ſuſtinēt terram in medio mūdi vt adamātes ipaꝫ attrahēres ne cadat ⁊ ſubmergat. ita mr̄ dñi ꝺm Ber. ſuſtinet ſuis peibus mūdū inclinatū miſtis ſcelerib⁹ ad cadēdū in abyſſum. Jtē iſta ſtella ſicut ſup oēs alias hꝫ ꝓpietatē attrahēdi ſiue ſuſtinēdi terrā. ſic terrā de ſui natura inclinatū ad tēdendū deoꝛſum attrahit ⁊ cōuertit ad tēdendū ſurſum ſicut calamita. ⁊ ſilr mr̄ dñi corda ferrea duroꝝ hoſtium inſtuēdo cōtritionē. hec ille. Un ō a labꝰ ⁊ corporibus deuotoꝝ ipſi⁹ beatiſſime virginis finaliter verificabit illud Zach. xj. Recepta ſunt oſa furſum in celum.

Oō beata virgo Maria oꝛ ſtella matutina. Conſideratio quarta.

Oteſt btā ꝺgo dicere illud Apocal. vlr. Ego ſum genus ⁊ radix dauid ſtella ſplēdida ⁊ matutina. De ipſa quoq̄ dici pōt illud Eccli. l. c. Quaſi ſtella matutina in medio nebule. Jn iſto eſſi mūdo erat tri

pler nebula. scilicet supbie. auaricie ⁊ carnalis immūdicie. Virgo aūt maria fulsit in medio nebule supbie ꝓpter hūilitatē in medio nebule auaricie ꝓpter pauptatē in medio nebule carnalis immūdicie ꝓpter ẏginitatē. Assimilat aūt ẏgo isti stelle ꝓpter tria. Primo ꝓpter denolationez. Nec em̄ stella hz multa nola. Primo em̄ oz vens non q̄ sit dea amoris sicut poetaꝝ fabule fingūt, ss ꝙa illo o i q̄bus dnāt disponit ad amandū. Btā aūt virgo pōt dici vens inquantū hoēs inflāmat ad dei amorē. ⁊ ideo vocat mat pulchre dilectiōis Eccli. xxiiij. Scōo hec stellā dicitur stella matutina er eo q̄ mane lequēs denūciat ⁊ diez inchoat, ⁊ ꝓpter hoc etiā appellat Diana Btā aūt virgo est principiū noue vite sez legis xp̄i. sicut stella matutina est principiuz diei lequētis. ⁊ quātū ad h oz Eccli. xxiiij. mater timoris. Timor em̄ ē principiū gre ⁊ noue vite iurta illud Eccli. j. ac. Prouerb. ⁊ ps. cx. Initiū sapientie timor dñi. Tertio hec stella oz Lucifer. q̄ maiozes hz vim ad illuminandū q̄ alie stelle. Btā aūt virgo hz maiorē vim ad illustrādū mētes hominū q̄ alię scti. ⁊ iō quantū ad hoc appellat mater agnitiōis Eccli. vbi. ē. Quarto ista stella appellat hesper q̄ noctē sequēte respicit qd illustrāduz. Beata aūt ẏgo b nomie appellat. quia respicit ⁊ illuminat pctōres qui sunt in tenebris culpe. ⁊ quantū ad hoc oz mater sancte spei Eccli. xxiiij.

B Propetates huius stelle.

Scōo beata ẏgo appellat stella matutina ꝓpter appropriationē. Dec em̄ stella multas habz ꝓprietates. nā causat caliditatē ⁊ refrenat martis malicią. tēperat motū appetitiōis indiscrete. atq; hūiditatem caulat ⁊ iocunditatē. Eodez modo btā virgo maria in nobis hz istos effectus. Dat em̄ calorē dilectionis diuīe. refrenat feruorē iracūdie. dat tēperamentū discretionis mature. darletią humidū ductibilitatē obedictie. q̄ verus obediēs non dz duci sensu ꝓpio sed alieno. dat q̄z iocūditatē pscie ⁊c. Et ista notant Jaco. iij. vbi. oz. Sapietia q̄ desurſum est primū quidē pudica est deide pacifica. modesta. suadibilis. bonis cōsentiēs. plena mia ⁊ fructib⁹ bonis. Beata em̄ virgo ẏe sapiens oz pudica. q̄ facit animū pudicū. cū dat caloꝝ diuini amoris. Amor em̄ dei oēz amorē illicitū extinguit: ⁊ oēm carnalitatē restringit. Inquātū ẏo ipsa refrenat feruorē iracundie oz pacifica q̄ facit animū pacificū. Sed in quātū dat tēperamētū discretionis mature oz modesta. q̄ facit animū modestū ⁊ maturum. in quātū aūt facit cor humidū p verā obedictiā oz suadibilis illis ⁊ bonis ꝓsentiens. q̄ veri obediētes sunt suadibiles ⁊ bonis cōsentientes. c. sciendū. xiij. q. j. inquātū ẏo dat iocunditatē conscientie dicit plena mia ⁊ fructib⁹ bonis. q̄ conscientia q̄ bonis operibus est bona multū ē iocūda. iurta illud ẏo. cij. Jocūdus hō qui miserē ⁊ commodat. Tertio oz stella matutina ꝓpter ipsū stelle opationē b em̄ stella hz frere fures. fugare lupos. releuare infirmos. excitare ad cantandu aues. ⁊ letificare viatores. Sic officiū virginis est terrere demones. iurta illud Job. xxiij. Si subito opprimerit aurora arbitrant umbram mortis. ⁊ paciij. ait. Ortus est sol. i. lux solaris. i. virgo maria ⁊ cōgregati sunt ⁊c. Scōo fugat hereticos. vñ Aug. i q̄dā ser. inq̄t. Gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mūdo. Tertio ꝓsolat pusillanimes. Jdeo ait Aug. vbi. ē. Beta maria succurre miseris iuua pusillanimes refoue flebiles. vñ potest esse vox sua illud q̄ oz Baruch. iij. i. Nec quiescetes estote filij ⁊ clamate ad deū. Quarto excitat angelos ⁊ scōs ad dei laudādū. q̄ significatū est Exo. xv. vbi oz q̄ maria sumpsit tympanū ⁊c. Quinto letificat oēs viatores q̄ tēdūt ad patriā q̄ figuratū est Marrb. ij. vbi de magis q̄ ibāt ad rp̄m oz. Videntes aūt stellā gauisi sūt gaudio magno valde. Et ꝓdicti ſ igit oēs ptz q̄ bñ denotata fuit btā ẏgo maria i verbis themat ſ nr̄i. scz Quiē stella ex iacob ⁊ ꝓsurget ẏga de isr̄l. Fuit em̄ stella. q̄ semper erat in celo mētre. Ẏga ẏo q̄ terra habitabat corpe. stella. q̄ radios suos dirigit in mūdū. Ẏga q̄ fructū ꝓtulit angelos. stella q̄ emisit radiū in quo fest maiestas diuinitatis. Ẏga q̄ ꝓtulit florē in q̄ est caro hūanitatis. stella. quia nos stabiles facit i dei gra. Ẏga. q̄ nos dirigit ad eterna gaudia. Magister aūt. Fran. de mayro. vbi. ē. approbās dicta in supiozib⁹ ait. Mater dñi stella matutina oz ꝓpter q̄nqs ꝓprietates istiꝰ stelle q̄ ei cōueniūt. quaꝝ prima est q̄ sicut ortus istiꝰ stelle in aurora diei precedit ortū solis. sic ortū ẏginis precessit ortū rp̄i in aurora noui testamēti q̄ oz fuisse in natiuitate beate virginis. Et sicut illa hora incipiunt timere bestie siluestres ⁊ hos

C Opera tio illius stelle.

mines esse securi. sic ostra ẏgine ceperūt hostes timere ⁊ sancti cōfidere. Scōa q̄ sicut dinē olim aliaꝝ sicut excedebat ille decoꝛē oiuz angelorū. Jta btā ẏgo est pulchrior minar terrā nocte. ita mr̄ dñi in huiꝰ seculi nocte pre ceteris scīis illuminat ecclesiam hꝰ ꝓtutē ⁊ influentia ad generādā beniuolentiam ⁊ amicitiaꝝ sm̄ astronomos. Sic minē et verā amicitiā q̄ est gra. Quinta q̄ sicut stella ista oz regnare i die veneris. vñ oz venus. Jta mr̄ dñi in illa die sunꝝ regnū accepit q̄n angelo nūciāte suū benedictuz filiū ꝓcepit. et tūc facta fuit regina mundi Et ideo de ista ẏgine gliosa exponi pōt illa dñi ẏba Apoc. ij. vbi ait. Qui vicerit ⁊ custodierit opa mea vsq; in finez dabo illi stellā matutinā. q̄ post tēptationē victoriaꝝ et diuinoꝝ mandatoꝝ obseruantiā. in celo sublimabimur ad contemplandam hanc stellam fulgentissimam.

Pars. v. huiꝰ sermonis quare beata ẏgo stella regia nominatur.

D Maria stella regia.

Cōm magr̄m Fran. de may. in ꝑmone de natiuitate ẏgis gliose. ipsa būdicta dei mr̄ oz stella regia ꝙdruplici rōne ſs nos adem⁹ ꝓntz ⁊ serta. Primo oz stella regia. q̄ sicut stella illa de q̄ hz Mat. ij. direxit magos i sua itineratiōe ne errarēt et ꝓduxit ipsos reges ad rp̄m. sic mr̄ dñi dirigit fideles p pegrinatiōnē hui⁹ mūdi ne errēt a tramite ꝛectitu. Unde ipsi ẏgines dici pōt. illo ꝓpa. lxxvj. Gētes in terra dirigis. Et ipsa cuilibet denoto suo inqt illud Prouer. iij. Ducaꝝ te p semitas equitatis. Sicut etiā illa stella magos duxit et reduxit ad patriā suaz incolumes. ⁊ ita btā ẏgo nos per viā huiꝰ seculi rectā ducit ⁊ finaliter reducit ad patriā celestem ad deum qui creauit nos. Unde ipa dicere pōt ō spū cuiuslibet denoti sui illō Tob. v. Ego eū ducā sanum ⁊ reducā. Scōo nominat stella regia q̄ sicut illa stella q̄ apparuit magis ⁊ eos direxit erat multū vicina hoīb⁹. q̄ erat in aere ꝑm q̄ dicit glo. super Mat. ij. ita beata ẏgo est nobis ꝓpinqua oz et vicina oz oībus sanctis ad succurrendū in oībus necessitatibus nostris. sicut inquit Ber. Unde ipsa dicere pōt illud Ysaie. xxxiij. A vicino ego

E

F

sum. De illa ẏs dici pōt illud qō ō deo oz ꝓ ꝑs. cxliij. Prope est dñs oībus inuocātib⁹ eū in ver̄itate. Nō ergo est de illis qui dicūtur vicini eo q̄ sunt ſ solū dissites p centum miliaria. vj. ff. de dā. ife. l. iij. §. fi. ⁊ ō fur. vj. predio. l. ſi edes. cum. l. sequēti. ⁊. ff. cō munia pdi. l. ſi q̄s duas. Nō etiā est de illis qui dicūtur vicini. q̄ nō distant abinuicē vltra duas dietas legales. vt ex de preben. c. ij. li. vj. de quo per Johānē andree in. c. felicis. de penis. li. vi. in ꝓpoyciona. Sed est de illis qui dicunt vicini eo q̄ vocē clamātis audir pōt. l. ſ. §. eo aūt. ⁊. §. potuisse ff. ad fillesianum. ⁊ ibi Jaco. de are. ⁊ Bar. l. ſi tertius. ſ. primi. ff. de aqua plu. ar. ⁊. l. ẏgo benedicta ita est nobis vicina q̄ quē cunq; clamorē nostrū audit ⁊ exaudit si ad eam cordis deuotione clamemus. Est etiā dem territorio, vt. C. de omni agro deserto ⁊ ala. est cū nobiscuz semper per continuā cunſ vicini. q̄ sunt consortes alicuius rei. vt. ff. cōi diui. l. ſi meo. ⁊ de aqua plu. greē. l. vicinus. Jpa em̄ est ꝓsa oz nature nr̄e ⁊ facier nos ꝓsortes felicitatis sue. O igit̄ vicina nostra charissima. cū vicinꝰ ꝓximaꝝ sit facta vicini sui. l. ſ. vbi Bar. ff. ſi cer. pe. ⁊. l. ſi ita. in fi. ff. de fun. instruc. l. filium. et ibi Bar. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris et no. in. c. quoꝛundam. de presumpt. et ꝓ Bar. in. l. de etate. ff. ad fille. Profectoꝛu q̄ es nobis ꝓxima et ꝓ tuissima scis optime facta nostra. Unde de te potest dici illud Sap. ix. Sciē oīa et intelligit. Et ō ẏgo benigna q̄n aliqs hui⁹ deuoꝰ ad te recurrit et tibi vult tribulatiōes suas ꝛimare. tuei dicere potes illud Gen. xlviij. Scio fili mi scio. ⁊ statiz salutare ei auriliū affers. Tertio appellat stella regia. q̄ sicut illa stella se occultauit. vt dicit. Chrysō. sup Mat. q̄n egit. q̄ Herodes erudel. ⁊ scribe ac pharisei ꝛēo, occidere xp̄m nō merebāt illa videre tā ẏgo illis solis se occultat et auriliū scriptū ē Jac. ij. Judiciū sine mia fiet ei q̄ non fecerit miam. e contra ō ꝓs e iustis atq; deuote querētib⁹ sicut faciebat magi libēter se ostēdit. Un de illa oz Eccli. vj.

Jnuestiga illam et manifestabitur tibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patre putato: Gratia nature fieri vult consona sepe. Nõne minor iacobus frater dñi phibet Ualde sibi ipsi lis: qõ gratia nõ caro fecit ꝛc. Sequitur Frãsci. de may. vbi. ō. Tertia interptatio est q̃ ioseph interptat augmẽtũ: q; si inceteris desponsationibus virginũ de cõi lege fiat diminutio integritatis in ꝓposito. dũ spõsa dat assensum in copulã carnales. In ista tñ desponsatione fuit appositũ augmẽtũ: q; tũc virginitatis ꝓpositũ virgo firmauit puritatis affectus eliciẽdo. occurrẽte tunc obiecto ⁊ materia castitatis. Quarto interptat appositio: qa si in ceteris desponsationib; cõiter auferẽ sponso integritatis ꝓpositũ. isti tñ spõso ex tali sacramẽtali copula nõ fuit ablatum sed nouiter appositũ cũ aspect; purissime virginis oẽs ad castitatis vestigiũ inclinaret. Et multo magis eius floriduz cõsortiũ ꝑm beatũ Piero. iuxta illud sapiẽtis. Cum ꝓpe est imitat illã. Joseph ergo qui sñm̃ acciper in spõsam beatã virginẽ: ꝓposuerat seruare virginitate ꝓpetuã. vt inqt Augu. in lib. de scta virginitate. qõ ꝑm eundẽ August. factũ fuit dei nutu. vt ipse Joseph esset dignus spõsus btẽ virginis. ꝓpt̃ istã desponsationẽ nõ mutauit ꝓpositum: sed firmauit. Unde ꝛ: Matth. j. q̃ cũ esset iustus nolebat eã traducere. i. ꝑm Augu. carnaliter cognoscere. hec Fran. vbi. ō. Magister aũt Johãnes gerson i sua ioseph̃a loquẽs de obitu. ⁊ gl̃a ipsius ioseph sic canit. Uenerat illa dies que vitã morte pararet Perpetuã. tibi iuste ioseph dauid icly-
ta ples Christus adest cũ matre pia: q̃bus officiose Seruieras. vultu placido solanf eũtẽ: Ora licz lachrymis oppleuerit intus oborris. Naturalis amor: eremi sat credere fas est Oõ patrẽ iesus ⁊ sponsuz fleuit morientem Virgo benigna suũ. fidi custodis amato Procubit lecto complexũ mẽbra. pudicis Oscula dat labijs: mi vir conclamat abis ne? Deseris. et viduam pasturam dira relinquis. Uelle tñ dñi fiat. dilecte valero. Nil timeas. dño placida te sede locabit. Protim? ipe ioseph p̃ciosa morte ꝙuit Zugubres recipit vestes viduata maria. Exeqas reddũr deuotas nazareth vrbe. Tota virũ flent plebs qui vixerat absq; ꝙrela. Omnibus incõmune bonus sanctissimus heros. Certa dauid regis ⁊ p̃cel arissima proles Castra velut turtur si cõpare sit viduata Sola volat ꝛepetens arentes arboze ramoꝝ. Pro cantu resonat planctu gemebũda pudico. Sic dolet abrupto vite socialis amore Virgo gemens defensq; virum plãgore modesta. Ãt subito vt sensit subtristes filius eius Solans alloquitur. secretoq; plurima pãdit. Atq; futuroz serie breuiado recesset. Chara mihi ꝑ primis mi uolito dolous Accumulare tibi causas: sed respice mẽtis Interiore oculo fidei cũ lumine: quales Collegio patrũ bene q̃ vixere ꝓpz Applausus subiisq; dedit custodis amicti Decedẽs eis dum limbũ ingressa. propinquã Sic etenim nouit denũciat esse salutes. Nam saluator adest ego sum saluatio certa. Potro te solas mater custode carentem Neu repetes subeo curã iam discipulo: uz Plurim? astabit numer? mihi. iã mulieres Sãcte gaudebũt sese ꝓbere ministras: Audis vt affinis nr̃ pius iste iobes Nactenus hec deserta colẽs modo flumine cepit Jordanis baptisma nouuz, baptismate cuius Abluit: vt fl aq̃s recreãdis spiritibus vigo. Ade populo ostẽdet. digito monstrabit. ⁊ agnus Inquiet ecce dei mũdi qui crimina tollit. Nanq; colũbina specie supastitit almus Spũs: ⁊ mãsit in eo dũ tingit vndis Uidi equidẽ ⁊ noui. celi restant apti. Uoz ego clamãtis in deserto. paret ois. Dirigez ⁊ calles dño populus venienti. Queq; sui pigeat sceleris q; primat ecce Regnum celoz trunco est affixa securis Denig; multa mihi gẽs associabit vitro. Cõspicies oclis tandẽ me scandere celos. Scãdere ⁊ ipe ioseph vt mecũ regnet in euũ. Regnabis pariter fuerit dum vita poeta. Nomẽ. laus ⁊ honoz: dabit p̃clia nob; e. Procũbit mater genibusq; affusa repẽdit Grates. ⁊ repetit fiat tua nate volũtas. Debeo solari rursus vsura ioseph te Et nos xp̃i cole tolem veneremur. amemus. Fũdamusq; preces tibi supplice carmie tales. Illustris patriarcha ioseph dauid alta ꝓpago Justicie cultoz: clarissimo numerande ꝓphis. Virgineo splẽdoze nitens. custosq; marie: restis nutritor ⁊ xp̃i fide mister Conscie mistery q̃ nescisuere priora Secula. tu verbũ vite q̃ erat caro factũ Gestasti manibus. etiã tibi subditus vitro Dignat? fieri nutu q̃ tẽpat ordem. Tu vir tu dñs matris dñi dñoruz. Magne pegrine duduz terrios mõ regnas Felix in celi patria secur?. ⁊ omnia Erpera terroris. labor: anrietas. ꝓcul absunt. Que fuyuu. iurẽde nobis miseroq; benignus

Demoz te Joseph.

Inspice nos oculis. quos tanta picula turbant. Esto pegrinis fautor. dux. auxiliator. Defessos refoue. tot scandala tolle viorum. Dirige cecos. erige lapsos. optia def Gratia. Pax in credendo cordis meditatio suauis. Tentamenes. satham. mundi carnis supere mus. Ee duce: ꝓ cumulo meritoruz ⁊ laude tuorum Certũ q̃ magno eo venerari dignus honore In terris imnẽsa tenet queq; gl̃ia celis. est etenim ꝛpe tecũ tuus isse minister. Est ⁊ cũ sponsa spõsus, charissimus alma. Virgineos ne tuos sedes locar eq̃ pareres? Sit tñ hec in re simpler meditatio nostra. Sãctis saluus honor volum? alijs suis esto: Quos de primatu ꝑtentio nulla fatigat. Magne ioseph magno velut imperiose patrone: Cum desiderio petim? fer opem. nostri miserere: Celica suscipiat nos eondem patria tecum. Dec ille.

Pars tertia huius sermonis q̃ ō: causalitatis. scz q̃ rationabiliter ⁊ qua ex causa beata virgo fuit desponsata.

Ds de buit nasci de ꝙ fine de spõsata

Et potest colligi ex magro sen. in. iiij. di. xxv. circa fine. ⁊ a btõ Tho. ⁊ Rich. ibidẽ sar. ij. q. ij. in resp̃sione. ij. argumẽti. et a btõ Tho. i. iij. pte sume. q. xxix. ar. j. ⁊ a Rabano ⁊ Petro Johãnis sup Johãne. Ualde fuit zueniẽs: ꝓ gruñ ⁊ rõnabile ꝓpter xp̃m nasci de virgine desponsata Primo ratione sui. Scdo rõne matris sui. Tertio ratione nostri. Primo hoc fuit conueniens ꝓpter xp̃m quadruplici rõne. Primo q̃dez vt mysteriũ incarnationis sue diabolo celaret. vt dicit in. c. inuẽta. xxvi. q. ij. Unde et ait beatus Ignatius sicut refert Piero. super Matth. hac de causa virginem fuisse desponsatã. Factũ ea aute hoc ad tutelam pueri: ne diabolus cõtra eu vehementius nocumenta ꝓcuraret. Sciebat em ipe diabolus de filiũ debere incarnari ꝓ redemptione humani generis. sed temp? ignorabat. Unde caute obseruabat ad sciendũ q̃n mundã intrarer. vt redemptionẽ nostram impedirer. Nec aũt desponsatio ꝛginitatem mris dei parientis ipsi diabolo occultauit vt ait Origenes sup Matth. di. Que fuit causa vt esset desponsata Maria ioseph nisi quarem? hoc sacramentuz diabolo celaret. ⁊ ille malignus fraudis cõmẽta aduersus desponsatas nulla penitus inueniret? Nec illo. De hoc etiã Amb. sup Lucaz ait. Non mediocris quoq; causa ẽ vt ꝛginitas marie falleret ꝓcipẽ mũdi q̃ cũ desponsatam cerneret viro partũ nõ potuit hr̃e suspectũ. Solendi etiã mũdi ꝓncipis fuisse consilium ipsius dñi verba declarãt cuz apli subẽtur tacere de xp̃o. Dec Amb. Et hoc pt̃s Matth. xvi. Item sanati iubent tacere de remedio vt patet de leproso Matth. viij. ⁊ de cecis Matth. ix. ⁊ de puella resuscitata Marci. v. Predictis autem non obstat si dicatur q̃ non latent diabolũ ea que sunt in corpore: Cuis latent ea q̃ sunt in corde. Qui vt ait Augu. in. xij. de trini. Multa que cognoscere diabolus virture sue nature, ꝑhibet cognoscere a diuina virture. Itẽ dicũt doctores q̃ etiã latẽt diabolũ ea q̃ sunt in corpe poterat appropinqre nõ põt. Diabol? aute non sanctitatis ipius. ⁊ etiã q: impediebatur a deo ⁊ ab angelis eã custodiẽtibus ꝑm Fran. virgo ꝛcepisset sine viro cũ eã maritũ xp̃e videret. Scdo hoc fuit conueniens ꝓpter xp̃m: ne ab infidelibus ranq; illegitime natum despectissent. Nam iura tales detestant. ⁊ priuant successione paterna. auct. ex compleru. C. de incest. nup. et auc. lx. C. de natu. lib. Soleut em vtplurimũ esse imitatores paterni sceleris. c. si quis cum multis. vj. q. i. ⁊ c. signẽs. lvj. di. Et ꝑm canonen sunt irregulares. lxvj. di. c. ꝑsbyteroz. Nec sine dispẽsatione debent ad sacros ordines promoueri. c. precipimus. xxxij. dist. Cum ergo christus futurus esset summus sacerdos et rex regũ. debuit tali suspitione carere: ne iudei dedignarent cuz habere regem ⁊ sacerdotẽ quia filij ex adulterio geniti abominatio sunt deo. c dicat. xxxj. questione. iij. Unde ⁊ ꝑm leges non promouẽtur ad dignitates nisi in defectu legitimorum. l. generaliter. §. spurios. cum glo. ff. de decu. Et hanc rationem tangens Amb̃ ꝓsius super Lucam ait. Cum partus in nupte lege damnetur: congruũ fuit vt xp̃o desponsaret. ne videret ehnic? a legis iniuria cepisse. Tertio fuit hoc cõueniens ꝓpter christum vt a Joseph nutriret. Unde

Illegitimi de spicuẽ

L

Universidad de Deusto
Biblioteca

et pater eius dictus est ꝟ nutriui⁹. Et em̄ habef Lu.ij. existēs beatissima virgo cum ioseph.ꝛ inueniēs puerū Ihesum in tēplo: dixit ei. Ego ꝛ pater tui dolētes ꝙrebamus te. Non neguit aūt ꝙ ioseph esse patres suū sed rndit. Quid est ꝙ me querebatis? Et in hoc verificatum est illud Hieciasmi. Est pater hic cura: pater est alij genitura. Pater em̄ sepe quis appellaf rone curationis ꝛ gubernationis. ꝛ in aut. de nupt. §. hoc aūt obseruare. ꝛ in. l. ij. C. de debito. eiui. lib. xj. ꝛ no. C. de emē. iusti. co. in prin. Supradictā aūt rationē tangit Ambr. sup Lu. di. Despōsata est vt infantis curam gereret ipe ioseph. siue in egyptum ieno. siue inde denuo rediēs. Quarto fuit cōueniēs hec despōsatio: vt ꝟsueto modo scripturaꝝ gene alogia xpi per virū describeret. Unde Ambr. super Lu. ait. Qui in seculū venit seculi debuit more describi. Uiri aūt ē psona querit que in senatu ꝛ reliquis curijs ciuitatū generis asserit dignitatē. Cōsuetudo etiā nos instruit scripturarū que semp viri originē querit. Nec ille. Mulier em̄ efficit de familia viri. l. fi. §. idem rescripserūt. ff. ad municip. ꝛ. l. quicūq;. C. de re mili. lib. xij. Quia aūt beata virgo ex lege despōsari nō poterat nisi viro q̄ esset de tribu iuda ꝛ familia dauid ex genealogia sponsi. i. ioseph. deprehendit genealogia marie ꝛ xpi filij eius. Scdo principaliter dico ꝙ fuit conueniens ipsum nasci de virgine despōsata ꝓpter ipam virginē. ꝛ hoc ꝙdruplici rone. Primo ne a iudeis occideret tanq̄ adultera. vt ait Hiero. Nam ex leges virgo adultera de stirpe sacerdotali comburebatur. Leuit. xxi. Ipsa aūt virgo descenderat non solū de tribu iuda: sed etiā de tribu leui. s. de stirpe aaron. vt patuit. ē. in. ij. pte huius opis. sermone. s. parte. ij. Lapidabatur q̄s non solū illa q̄ tā erat despōsata: sed etiam illa q̄ in domo patris custodiebat vt xpo q̄nq; nuptura cuiuscūq; alteri⁹ tribꝰ esset. Unde ꝛ Deuf. xxij. Si non est in puella iuuēta virginitas lapidibꝰ obruēt eā viri ciuitatis ꝛc. Item de iure ciuili antiquo capite puniebat tam adultera q̄ adulter. l. Quio. C. ad le. iu. de adul. hodie xo adultera retrudit in monasterio ad agendā penitentiā. vt in aut. ibi posita. Scdo fuit conueniens eam despōsari ꝙm Hieronymꝰ et Origenē. vt ei⁹ ioseph ministeriū exhiberet ꝛ seruiret. Unde Chryso. sup Matth. inquit illud quod habef i. c. inuenta. xxvij. q. ij. dicens. Sicut em̄ illā postea commendauit xps discipulo: sic etiā nūc angelus copulat sponso non fedus solēne ꝓiugij: sed in consortiū cōis habitaculi. Nec ille. Tres hoc congruū fuit vt ipe ioseph procuraret necessaria ipsi virgini ꝛ filio ei⁹ de arte sua erat aūt carpētari⁹. vt ait Chryso. ꝛ vt eam associaret: sicut ꝛ fecit cū simul in bethleē perrexit vbi filiū suū peperit. ꝛ ad templuꝫ in purificatione eius. ꝛ cū in egyptuꝫ iuit et redyt. Unde Bern. in quodam sermone inquit. Quia ista delicata puella sola erat ideo fideli socio idigebat a quo ꝛ ante ptū ꝛ in partu ꝛ post partum associaret: ꝛ a laboribus releuaret. Tertio fuit ꝓueniens vt per hoc virgo ab infantia liberaret. Unde Ambr. super Lucā ait. Despōsata est ne temerate virginitatis adureret infamia. cui⁹ grauis aluno corruptelle videretur ingigne ꝓferre. Maluit aūt dñs aliquos de suo ortu ꝙs de mris pudore dubitare. Sciebat em̄ teneru esse virginis verecundiā ꝛ lubricam famaꝫ pudoris. nec putauit ortus sui fidē matris iniurijs astruendaꝫ. Seruatur ira q. s. marie sicut pudore integra. ita filios labil opinione virginitas. Nec ille. Et Bern. sup missus est inquit. Quis em̄ eam videns non despōsatā ꝛ in grauidā: non potius diceret meretricē ꝙ virginē? Non aūt decebat hoc dici de matre dei. Tolerabili⁹ ergo ꝛ honestius fuit putari ielu ad xpm de conugio natū fuisse ꝙ de fornicatiōe. hec ille. Et in hoc apparuit charitas ꝛ benignitas dñi nri ielu xpi q̄ potius voluit diminui de honore suo ꝙ de honore mris sue. Quarto fuit ꝓueniens sicut dicit Albertus super missus est. vt patuit. ē. ad hoc vt dignitas mris hūilitati sociaret. sic ꝙ eēt simul mr̄ dei ꝛ vxor: fabri. c. ioseph. vñ in vilipēsionē xpi dicebant pharisei. vt habef Matt. xiij. ꝛ Mar. vj. nonne hic est fabri filius? Congruū ergo fuit vt dei genitrix seruaret illē Eccli. xij. Quanto maior es tanto magis te humilia in omnib⁹: ꝛ cōā deo ꝓuenies gr̄az. Quāto em̄ q̄s maior est tāto magis humilitas cōmendaf in eo. Unde Hiero. in quadā epla ait. Nihil ē q̄ hoibus nos ita gratos ac deo faciat ꝙ si vite merito magu humilitate simus infimi. Tertio principaliter fuit cōueniēs. b. ꝛginē despōsari ꝓpf nos ꝛ hoc ꝙdruplici rone. Primo vt xpo natuo de ꝛgine certi⁹ crederet testimonio ioseph

U Propf virginē fuit cōueniēs

qui matrē ei⁹ ꝛginē despōsauerat. ꝛ a tpe despōsatiōis diligēti eā cura custodierat. Nā spōsa a tpe despōsatiōis erat sub custodia spōsi. vt ait Hugo cardinal sup. Mat. ꝛ Luce. s. c. ꝛ Ber. sup missus est di. Mos erat iudeoꝝ vt a vie despōsationis vsq; ad tpa nuptiaꝝ spōsi spōsas in custodia recuperēt vt eaꝝ pudicitiā curiosi⁹ suarēt. ꝛ ipi eis fideliores existerēt. ꝟ ille. Tē erant in eoꝝ pāte quoad obsequia ꝛ filia. c. mulieres. xxxij. q. v. ꝛ debebāt defendi a virio suis in his q̄ sibi occurrissent. Isti. de iniur. §. aūt. Et hāc rōnē tāgēs Ambr. sup Lu. ait. Locupletioꝝ testis pudoris mariꝰ adhibetur q̄ posset delere iniuriam ꝛ vindicare oppꝛobriū si nō agnosceret sacrm. Scg. q̄s in homel. sup Mat. inqt. Sicut discipul⁹ dubitāt ꝛ palpāndo facti⁹ est testis vere resurrexiōis. sic spōsus fuit custos ꝛ testis integre ꝛginitat⁹. trāssumptiue in. c. sic ꝙppe. xxvij. q. ij. Et q̄ magis cōfirmamur in fide. conceptionis xpi de spūsancto ex virgine.

B Scdo fuit cōgruus vt ꝛginib⁹ cā vitāde infamie daret. ꝛ cā male excusatiōis tolleret. vñ Ambr. vbi. ē. ait. Nō decuit ꝛgini duos simstra opiniōe vinētib⁹ velamē excusatiōis relinqui: ꝙ infamata q̄s mater dñi videret. Tertio fuit cōueniēs vt vniuersa ecclia despōsaret que cū sit virgo: despōsata ē est vni viro: idest xpo. iuxta illud apli. ij. Cor. xj. Despōdi vos vni viro ꝛginē castā exhibere xpo. Et hāc rationē tangit Augu. in li. ō sctā ꝛginitate. Chryso. q̄s sup Mat. inqt. Quia futuꝝ erat vt oēs scti de ecclesia ꝛgine nascerēt xpo despōsata xpus de despōsata nat⁹ est ne indigni⁹ nasceretur dñs q̄s serui. Quarto fuit conueniens vt inquit Hugo cardinal sup Mat. s. ꝙ mat dñi esset despōsata ꝛ ꝛgo. vt in ꝓsona ipsi⁹ ꝛ ꝛginitas ꝛ matrimoniū haberet ꝛ honoraretur cōtra hereticos alteri coꝝ detrahēt⁹. Idcirco exultēt ꝛgines ꝛ cōugate imitātes gliosam ꝛginē mariā despōsatā ioseph. vt ipam per ꝛginitatē ꝛ castitatē cōC ugalē imitādo in ptri seculo eā q̄s sequantur p sublimē gliam in futuro. Nos aūt addere possum⁹ alias. v. rōnes. Prima vt fideles credētes eā despōsatā ꝛ cū ptuge habitantē sine viro cōcepisse magis mererentur. ꝛ in deuoti ac obstinati mūdani in sua ptinacia: sic coꝝ exigētibus demeritis magis indurarētur. Et hāc rationē tangit Ambr. sup Luc. di. ꝙ qui seculariꝫ⁹ vanitatib⁹ occupant: scire diuina nō ꝓnt nec merent. Scda rō est illa quaꝫ ponit Hugo cardinal sup Lucā. s. c. s. vt trē ꝛginis marie ꝟbis maior fides haberet ꝛ ois mentiēdi suspitio tolleret. Et em̄ ait Ambr. sup Luc. videret mēteri innupta ꝓgnās ꝛ culpā vel le obūbrare mēdacio. nec em̄ crederet etsi diceret se ꝛginē. Et ideo dicit Ambr. vbi. ē. Fides marie ꝟbis asserit ꝛ mēdacij cā removet. Cām em̄ mēteēdi despōsata nō habuit cū cōiugi ꝓmiss⁹ ꝛ gr̄a nuptiaꝝ partꝰ fit feminaꝝ. ꝟ ille. trāssumptiue. i. c. pudor. xxxij. q. ij. ꝛ sumpta est hec ista originaliter etc. querit. §. si mulier. ff. de edil. edi. Certia rō est illa quā ponit idē Hugo cardinalis. vbi. ē. di. De femina virgine despōsata nasci voluit. vt ab oīi gradu mulieris opꝛobriū tolleret. s. a cōiugario. a viduis ꝛ a ꝛginibus. hec ille. Predictarum aūt rationū partē ponit Ber. sup Missus est dicēs. Necessario igitur ꝛgo maria despōsata spōso ꝛginitas cōꝛprobatur. ꝛ ꝛginis tas lesiuis hostis ereduit. Quarta rō esse E pōt illa quā ponit Chryso. sup Mat. Quia em̄ vt ꝛ⁹ Matth. xiij. Erat Joseph faber lignarius. Ideo ipse Chryso. inquit. Fabro lignario maria despōsanda erat. gn̄ xpus ecclie spōsus oīm salutem hominū oparus erat p lignū crucis. hec ille. Quinta rō est. vt ostēderet etiā post consensum in matrimoniū p ꝟba de ꝓnti licere amboꝝ cōiugibus vel alteri coꝝ etiā alterō inuito ante tū carnalē copulā trāsire ad vota meliora. utpote p votū castitatis ꝛ ingressum religionis mori mundo. ex de conuer. iuuc. ij. ꝛ ibi late p docto. ꝛ. l. deo nobis. C. de epi. ꝛ ele. Brissima igit ꝛgo ꝛ sanctus Joseph simul despōsati. ꝛ mrimonio copulati. ꝛ in ꝛginitate pseuerātes: dederunt exēplū alnḡ coniugatis sllr faciendi ꝛ caste viuēdi. qō exēplū imitat⁹ est sctūs Elyzarius tertij ordinis beati Fracisci. qui cuꝫ beata Delphina vxore sua quā in iuuentute vxorem inuēculam acceperat. perseueranit in virginitate vsq; ad mortem. Et hec quidem de sponso beatissime virginis terreno dicta sufficiāt. Habuit nāq; alium spōsum dignioꝛē. scz celi terreq; opificem deū De quo dici potest illud Job. iij. Qui habet sponsam sponsus est. Deus enim cum beata virgine spūale matrimoniū cōtraxit

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

qō quidē matrimoniū habuit triplicē gradum ac triplicē cōsensum. ⁊ tripler bonum atq; triplicē copulā sine cōiunctionē. Primo habuit triplicē gradū. q; fuit initiatus: ratificatū. ⁊ cōsummatū. Initiatū quidem fuit p̄ verba ō futuro a ppba q̄ dixit Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊c. Et ab angelo qui ait Luc. j. Ecce cōcipies i vtero ⁊ paries filiū ⁊c. Deinde fuit ratificatus p verba de p̄senti q̄n ipsa cōsensit ⁊ dixit. Ecce ancilla dñi. fiat mihi ſm verbū tuū. Ultimo fuit cōsummatū q̄n filius dei in thalamo vteri virginalis naturā nostrā sibi eternali ter copulauit. Vnde clamat ecclia i officio diuino. Ecce cōpleta sunt oſa ⁊c. Sed in illo matrimonio fuit tripler ꝓsensus scz animi verbi ⁊ signi. Et istū triplicem cōsensum ipa postmodū in cantico suo exp̄essit Lu. j. Nā cōsensum animi exp̄essit cū dixit Magnificat aſa mea dñm. scz spūs meū celestē. Cōsensum autē signi exp̄essit cum dixit. Et exultauit spūs meus in deo saluſ tari meo. Exultauit. i. extra saltauit. Tātū eñ gaudiū habuit in animo q̄ etiā manifestabatur in exteriori signo. Consensus ꝺo verbi exp̄essit cū subdidit. Quia respexit humilitatem ancille sue. ⁊ hoc fuit q̄n ipa dixit. ecce ancilla dñi ⁊c. Tertio in isto matrimonio fuit tripler bonum scz fidei. prolis ⁊ sacramenti. Fidei quidē. quia virginitatis votum deo factum semper illibatum custodiuit. Fuit etiā ibi bonū plis. quia dei filium de suis caſtis visceribus generauit. Bonum quoq; sacramenti. q; nunq̄ a filio suo diuisa vel separata fuit. Quarto in hoc matrimonio fuit tripler copula. Nā matrimonio carnali tripler cōiunctio inuenitur. Una causal er consensu animoꝝ. scda er p̄mixtione corporū. tertia er indiuisibili habitatione amboꝝ. ⁊ eodē modo inter xp̄m ⁊ beatā virginē fuit cōiunctio animoꝝ per mutuā charitatem. iuxta illud Can. vi. Ego dilecto meo ⁊ dilectꝰ meus mihi. Fuit etiam ibi cōiunctio corporū p̄ nature unitatē. q; una caro xp̄i est ⁊ matris. Vñ ō hoc potest exponi illud Gen. ij. erūt duo in carne una. Nā ad formandū corpus xp̄i fuerūt duo scz spūssanctus qui corpus ipsum formauit. ⁊ beata virgo que materiā ministrauit. Fuit etiam indiuisibilis habitatio amboꝝ. quia sicut in vita dilexerunt se ita ⁊ in morte nō sunt separati. Unde Johan. xix. dr. Stabat iuxta crucē Jesu mater eiꝰ

Eū quo ⁊ nos hic stemus p̄ amorē ⁊ deuoſ tionē. vt post hāc vitā habitare valeamus cū ipso in celesti palatio. ⁊ ab illo recipere mereamur eternā felicitatē. Amen.

In nōe dñi nostri Jesu xp̄i incipit q̄nta para huꝰ deuoti opis q̄ Mariale appelſ latur. in qua tractaſ de annūciatiōe btisſi me v̄ginis. ⁊ de incarnatiōe filij dei in ea: Hec aūt para p̄tio ac particulari nomine gaudiū mūdi nūcupatur. Sermo. j.

Et ímeas Ma

ria inuenisti gratiaꝫ apud deū. Lu. j. Unius dei celeberrimā festiuitatem summis debemꝰ studijs venerari. Hec eñ est respectu principij maioꝝ solēnitas totiꝰ anni. Hoc nāq; festū principium est ⁊ fundamentū omniū aliaruꝫ festiuitatū. Cum ergo dicaſ q̄ cuiusq; rei potissima para est principium. l. j. ff. de origi. iu. ⁊ no. in. c. p̄cipatus. j. q. j. ⁊ p glo. in. c. j. de li. cōrel. Unde Aristo. 3it. j. Eth. c. in. ⁊. v. pol. c. j. q̄ principiuꝫ est dimidiū totiꝰ Si in alijs festis ab hac p̄cipiū habentibus ⁊ ab ea causatis gratulamur. mlto magis debemus in ista solēnitate iubilare et locūdari. quia niſi hec redēptionis nostre principiū fuisset: ipſius finis non esset, subsecutus. Remotis eñ p̄cipijs' removetur perfectio ⁊ esse ab omnibus; posteriorib⁹. vt inquit cōmentator Auerois sup. r. meta. Merito igit hec celeberrima dies est ab ommbus festiuis gaudijs recolēda in qua gaudiū fuit totiꝰ mūdi. Et ideo. de ipsa dauid decātabat p̄s. cxvij. d'. Hec dies quam fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. Ista eteñ est dies sacratissima in qua ego ce'ōibus p̄electa, magni regis Assueri est coniugio copulata. Cū eñ vt habetur Hester. vj. p̄dictus rex assuetus dedisset superfilios israel capitalem sniam. et sub pena mortis mandasset ne in cōspectu eius aliquis accederet nō vocatus. ꝑsuasa Hester a mardocheo propinquo suo: assumptis q̄ duabus puellis ad obsequiū suum. quarū vna eius fimbrias vestimenti portabat. altera ꝺo brachijs suis eam sustentabat. accessit ad eum. Que cū regis magnificentiā ornatus eius pulchitudinē aspiceret: cecidit in brachijs vnius et puellis suis. Ipse ꝺo rex descendens de solio suo: virgam quam manu tenebat deposuit in signum

Annūciatio ē p̄ma ē p̄ma ex festiuit.

clemētie ⁊ manū. ppinq̄ subleuauit hester ⁊ ad eius petitionē ad illū domū accessit. atq; populum iudaicū a morte liberatū ex aliauit. ⁊ interfecto eiꝰ inimico aman: oēs illi⁹ possessiones donauit hester. atq; eas in regno suo cōfirmatā vxori suā supoēa amauit. Per assuerū nāq; qui interpretaſ beatitudo: intelligit deꝰ in cuiꝰ cognitiōe consistit beatitudo. Qui erat tranſ humano gñi ꝓpter petrū primoꝝ parentū q̄ diaboli suggestioni cōsenserant. ⁊ ideo statuerat oēm hoīem mori debere: vt ō: Hebre. ix. ⁊ ad in feros descendere. iuxta illud p̄o. xxxvij. Quis est hō qui viuet ⁊ nō videbit mortē eruet aiam suaꝫ de manu inferi. Non erat aūt alius qui ad deū accedere auderet pro gratia impetranda. iuxta illū Piere. vij. Eu noli orare p̄ populo isto. q; nō exaudiā te. Erat ergo furor dei terribilis cōtra oēs ita vt ad māsuetudinē verti non posset. Unde Esa. xxx. dicitur. Ardēs furor eius ⁊ grauis ad portandum. Uerūtū Hester que interratur absc̄ōdita. i. virgo maria que abscondita ⁊ occulta erat mudo sed multū cognita deo. suasa a mardocheo ꝓpinquo suo. i. a suo sanctissimo ꝓposito vt ab angelo sibi particulariter ad custodiaꝫ deputato vel a Gabriele archangelo qui ei ꝓpinquꝰ. ideo dr. q; vt ait Piero. ad Eusto. semp angelis est cognata virginitas. intrauit ad regem omnipotentem deum. sociata duabus ancillis. i. humilitate ⁊ puritate siue virginitate. Sicut aūt rhinoceros ad aspectū alicuius sancte virginis omnem deponit feritatem. ⁊ mansuetus ad gremium ipſi⁹ virginis accedit. sic deus videſ hanc sanctissimā v̄ginē: amore illius tactꝰ omni dimissa indignatiōe ⁊ asperitate descēdit in uterū eius. atq; virgā furoris sui deponēs eā sibi perpetuā coniugez ⁊ regni sui consortē de putauit. Ipsa ꝺo magnitudinem misericordie incarnationis eius audiēs. ⁊ tantū se magnificari cognoscēs obstupuit ⁊ turbata ē turbatiōe admiratiōis. ⁊ sic attonita ⁊ territa cecidit in brachijs humilitatis ꝑpter illi dicit angelus gabrielverba ꝓpositā. s. Ne timeas maria inuenisti grām apud deū. s. per quā humanū genꝰ ab eterno dānatiōe liberasti. ⁊ penſso ac destructo amā idest diabolo illi⁹ possessiones acquisisti. s. peccatū alias per tuū filiū ad pniam conuertendas atq; altissimi dei vnigenitū de spū sancto cōcipere meruisti. De quo mysterio tres considerationes facisemus.

Primo dicetur possibilitatis.
Scda necessitatis.
Tertia ꝺo appellabit causalitatis.

Prima pa huiꝰ ꝑmōis q̄ ō: possibilitatiſ

p' Ro expeditiōe huiꝰ ptis ⁊ cōfutatiōe hereticoꝝ duas q̄stiones examinabimꝰ. Prima vtrū possibile fuerit diuinā naturā cum humana vnirivnitate suppositi ⁊ sic deū fieri hoīez. scda vtrū possibile fuerit q̄ ex v̄gine cōciperet ⁊ nasceret. Primā q̄stionē examinat Aler. de ales: in. iij. p. sū. in tract. de cōueniētia icarnatiōis. q. j. ⁊ sco. j. iij. dis. j. Pe. de aqla ei⁹ discipul⁹ ibiō q. j. ⁊ j. Bon. in eadē di. ⁊ Rica. nr̄i bidē. ar. j. q. j. ⁊ j. Tho. in. iij. pre iō. q. j. ar. j. ⁊ i. iij. scripto. di. j. ar. j. vbi dicūt q̄ ad hoc vt aliq̄ sint vnibilia requirit q̄ aliq̄ mō sint filia. Est aūt duplex filitudo. Una eiusdē formā cōem participatā ab ipſis similib⁹. Et hoc mō nulla ē filitudo inter deū ⁊ hominē. creatorē ⁊ creaturā. imo inter eos est maior distātia penitus improportionabilis. Unde ō: dānam⁹. de sum. tri. ⁊ fi. ca. q̄ iter creatorē ⁊ creaturā non pōt tāta dissimilitudo notari quin inter eos sit maior dissimilitudo notāda. Et hoc respectu non dicunt vnibiles Nā natura diuina ⁊ humana nō cōueniūt silin aliquā formā cōem inter eas in genere vel in spē. Alia est filitudo ꝑm cōuenientiā ꝓportionis vni⁹ ad alterū i ordine vel in habitudine. sicut iustitia creata cōuenit cū increata nō in genere vel in spē. q; iustitia increata est ipsa diuina essentia. iustitia, ꝺo creata est q̄litas. Sed cōueniunt ē habitudine ad eundē effectū q̄ est reddere vnicuiq; qđ suum est. de quo loquit. l. iustitia. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ iusti. eo. l. pue. Silr bonitas increata q̄ est deus. ⁊ creata q̄ est q̄litas. nō cōueniūt in aliqua forma cōi inter se sed in ordine. q; bonitas creata ordinat ad bonitatē increatā. Hoc ergo ordinari ad aliꝺ facit filitudinē ⁊ cōuenientiā. Unde bonitas creata ō: filia bonitati increate. ⁊ nō ecōtra q; nunq̄ determinatur filitudo respectu alicui⁹ deteriorꝰ scz respectu maioris vel eq̄lis. Et tali mō creatura est filia creatoꝛ. ⁊ hō deo. Silitudo enim nō dicit idētitatē. iusti. de nup. §. inter eos q̄s. Immo nihil est idē cum eo cui est file. l. q̄ n ex una. ff. de po. Et aliq̄d ō: file alicui⁹ etiā filius pluriꝰ differat q̄ conueniat cum filio. ff. ꝺ

Unitas naturā diuinā ⁊ humanā

Universidad de Deusto
Biblioteca

Similitudo creationis et creature,

annu. lega. l. i singulos. Dico igit ad ppositū nostrum. q ꝯ creatura ōr filio creatoris q ē ordinabilis ei. Solū ergo ē inter deū ⁊ hoīm similitudo in ordine vel in habitudine vni⁹ ad alterū. s. hoīs ad deū. Et ex hoc sunt vnibiles nō eo mō ꝑm Rich. q̄ elemēta vniunt i mixto. nec eo mō quo nutrimētū vnit nutrito. nec eo mō quo materia ⁊ forma vnit i cōposito. nec eo mō q̄ accidēs vnitur subiecto. Quia ad hoc q predicto modis fiat vnio: requirit mutatio ⁊ operatio. nec nō possibilitas in quolibet extremo. Persona aūt filij dei est act⁹ purus. vñ nec mutari pōt ullo mō. Jō dicendū q̄ natura humana fuit sibi vnita tanq̄ nature supposito. nō in esse p ea ꝓstituta sicut suppositū creatū cōstituit in esse p suā naturā sed tanq̄ supposito ꝓstituto i esse p naturā diuinā. Persona em filij dei nō cōstituitur in esse p naturā humanā cui⁹ est suppositū ex tpe: ⁊ p naturā diuinā ab eterno. Talis aūt vnionis possibilitas multis valet rōnib⁹ cōprobari. Iter q̄s vna ōr intimatiōis. alia similatiōis. tertia ex attributiōis. Prima rō sic ꝯcludit ꝑm predictos doctores. Omne q̄ ē alteri maxime intimū ⁊ amabile: est ei vnibile vnione maxima. sed deus est anime intimus et amabilissimus. ergo sube rōnali perfecte vniri pōt spūi creatuo. Verus em amor efficit vnū ex duob⁹. vt inq̄t Tullius in li. de amicitia. Ūñ de duob⁹ veris amicis inq̄t Ouid. i iij. li. de tristib⁹. Vi duo corpor ib⁹. mētib⁹ vnus erant. Et pbs. ix. Et hic. c. iij. ⁊. r. ⁊ i ij. li. magnoꝝ moraliū. c. lxxvj. ait. q̄ amicus est alter ipse. Qd etiā inquit Tullius vbi ꝺ. Diffinitur aūt amicitia sic. Amicitia est vni⁹ ad alterū cum charitate cōiunctio. vt no. in. l. ⁊ fuerit. ff. de reꝝ diui. Ūñ Dionysius. iij. de diuinis noibus dicit. q̄ amor est vis vnitiua amantis cuꝫ amato. Et. s. Bona. in ij. sen. di. xxix. in q̄stionib⁹ circa lām ⁊ di. xlij. ar. ij. q. ij. inquit Tanta est vis amoris vt trāsformet amātem in amatū. ⁊ ideo potuit vnire deū cū hoīe. Scōa rō sic ifertur Eoꝝ est facilis vnio que adinuicē similitudinē habēt. qt in habēribus symbolū. i. similitudinē facilioꝝ est trāsitus. vt ait pbs. ij. phyſi. ⁊ in. ij. de ḡnatione. in. c. de permixtiōe ⁊ trālmutatioe elementoꝝ. ⁊ no. in. l. si rē. §. itē. ff. de re. vēdi. de quo p Albericū de rosate in. l. j. ff. de iudi. Jtē ois filia cōiungit̄ ih. de regi. pūn. Sed hō creat⁹ est ad dei imaginē ⁊ similitudinē. vt ōit Deū. j. ⁊ i. li. si vindicari. ff. ō penis. ⁊ in. l. si q̄s. C. eo. ti. ⁊. xxxij. q. v. c. hec imago. ⁊ de pe. di. ij. c. ti la aia. Ergo humana natura ē vnibilis diuine alīquo mō in psona. Tertia rō sic ꝓbat. Quicqd nō implicat ꝓtradictionem vel impfectionē: sed perfectionē ⁊ dignitatē est deo attribuēdū: sed ipm incarnari ē humāi. ergo ⁊c. Maioꝝ ps p dionysiū in li. de diuinis noibus. Minoꝝ ꝓbatur. Nā diuinā naturā vniri humane i vnitate persone non est aliud q̄ diuinā psonā q̄ ab eterno fuit hypostasis respectu diuine nature fieri hypostasim respectu humane nature in tpe. hoc aūt nō dicit aliquā ꝺictionem vel impfectionē. s⁹ potiꝰ pfectionē ⁊ dignitatē ac nobilitatē. Sicut em cū deꝰ sit bonꝰ ab eterno: nullā tū patit impfectionē vel indignitatē si ē cā bonitatis create in tpe q̄uis bonitas creata longe sit inferior bonitate increata. sic cū psona filij dei sit hypostasis intellectualis ⁊ spūalis ⁊ increata ab eterno: in nullo derogat ei si fit hypostasis nature create et tpe. Jdeꝫ aūt non valemus de hac vnīe adducere exēpla i creatura q̄ sint to: aliter filia. vt ait Aug. in epi ad Ioluſianū. Ūñ dno ō magis ꝑ onia. nientib⁹ allegabimus. Primū est Alexā. ō aleo. ⁊ Rich. vbi. ō. ⁊ bti Thome. in. iij. parte summe. q. ij. ar. j. ⁊ in. iij. scripto. di. j. ar. j. s. de insertione rami in trūco arboris. Sīs sicut ibi eraꝝ ramꝰ p naturā. ⁊ pōit alius ramus p insertionē: ita in eadē psona in q̄ erat naturaliter diuina natura: p vnionē posita est natura humana. Et sicut nō sunt plures arbores ſsyna tm. ita nō sūt ibi plures persone ſsyna sola. s. psona diuina xpi. Et sicut in arbore inserta sunt plures fructꝰ differētes specie vt q̄ ramꝰ vni⁹ arboris inserit arbori diuerse speciei. ita in vnitate psone xpi sunt alie ꝓprietates ꝺuenientes nature diuine. ⁊ alie conuenientes nature humane. Et sicut in. vnīe q̄ est perfectissima alteri⁹. vt q̄s pirū inserit pomo fit vnus suppositū. s. vna arbor. ⁊ natura pomi nō est pira: nec ecōtra. sed tm vterq; fructus est de esse arboris. qō ps. qz b est vera ista arbor est pa⁹: ⁊ etiā hec ē vera ista arbor est pomus. Sic in xpō est de ꝓuentiōe ⁊ vnione diuine nature ⁊ humane in xpo. eo q̄ natura diuina nō est humana nec ē Sed natura diuina ⁊ humana sunt vnum

suppositū cōe in vtraq; natura subsistens. Et hec est vera. hic ē homo demōstrato xpo ⁊ tpe; hec est vera. hic est deꝰ. eode demōstrato. Nam vnio diuine nature ⁊ hūane in psona xpi facit eā esse hoīem ⁊ deū. Scōm exēplū illud ꝺitudinē ponit Aug. in li. de spū ⁊ aīa di. sicut vnitate persone hoīs alia natura coapt vr hō strict⁹ in vnitate psone xpi deꝰ vnitur hoī ve spus sit. Qō aūt ista vnio ⁊ icarnatio filij dei potuerit fieri i ḡne seruata eius ḡnitate ꝓbari multiplr pōt ſs breuitatis cā solūmodo duplici rōne ꝓbabim⁹. Prio rōne causatiōis. Fundamētū cuiꝰ ponit auctor in li. de causis di. Oīs prima cā magis ⁊ plus influit in suū effectum q̄ ſc̄aria. Cū igit oē pus possit ee fine suo posteriori. ⁊ deꝰ hoīes ꝑduci faciat mediāte semine. q̄ erā sine illo pōt hoiem ꝑducere musca. nō ꝺcurrēte ad ḡnationē alīus rane vel muscę: ſs solū ex limo vel luto. mixto magis deꝰ potuit sua virtute infinita hoīes ꝑducere non ꝺcurrēte semine virili. sed solū ex purissimis sanguinib⁹ virginis bēdicte Scōā rō ex ꝺditionis. nā q̄n legislatoꝝ statuit aliq̄d cū ꝺditiōe. p ꝺ intelligit q̄ pōt eueniꝫ oppositū illi⁹ sine tali ꝺditōe. vt cū dicit. Si q̄s occiderit. primū p industriaꝫ. innuit q̄ aliq̄s pōt occidere. primū nō dato tibi denariū: innuit q̄ ille pōt nō venire. ⁊ sic non recipe denariū. Cum q̄ ler dicat Leui. xii. Mulier si suscepto semine pepit masculū: immūda erit ⁊c. p hoc innuit q̄ mulier aliq̄n erat ꝺceptura ⁊ parritura sine viri semine vel saltē q̄ parere poterat.

Prio. ij. huius sermonis q̄ ex necessitate.

Ꝑ q̄rat vtr ad repationē hūane nature lapse fuerit nēcia icarnatio filij dei. Pro meliori declaratiōe ꝓsupponēdū ē q̄ peccō piorū parētū tota natura hūana est infecta et petō obligata. ⁊ ꝓinde eterne dānationi. q̄ tūc erat tota i ipsoꝝ primis parētib⁹ peccāti b⁹ vt declarat Aler. ō aleo i. ij. parte sum. i tract. ō petō originali. q. j. ⁊ i. ij. pte sūme. in tract. de incarnatiōe xpi. ⁊ scīus Bon. i ij. distī. xxij. Et hoc probatur auctre apli ad Ro. v. dicētis. q̄ vnus hoīem petō intrauit in mūdū. ⁊ ꝑ petī mors. in quo oēs peccauerūt. trāsumptiue i. e. placuit vt ḡcunq; parvulos. de ꝑse. di. iij. Jtē ꝓsupponēdū est q̄ huiꝰ casus necessaria fuit repatio ꝑm

Aler. vbi. ō. ⁊ Ansel. i li. b. Cur deꝰ hō. ⁊. b. Bona. ⁊ Rich. in. iij. distī. xx. ar. j. q. j. Qō sic ꝓbat. Deꝰ ⁊ natura nihil agunt frustra. j. phyſ. iij. de aīa. ⁊. j. de celo ⁊ mūdo. ⁊ no. i l. q̄bus idē. ff. ō verbo. obli. Qz deꝰ creauit hoīem ad ꝺsequendum beatitudinē. vt ait Aug. i li. enchiridiō. ⁊ ponit magr i. ij. sententiarū. di. j. vbi dicit. Fecit deꝰ rōnalē creaturā vt summū bonū itelligeret itelligēdo amaret amādo possideret possidēdo frueretur. Cū ergo p petī fuerit humana natura deuiata a deo fine suo. ⁊ p ꝺsequēs a btitudine: ita vt ad nihilū rēderet. secē q̄ si deus eā non repasset: minime suū finē ad quē creauit eā deꝰ ꝺsecuta eet. ⁊ p ꝺseq̄ns sapia diuina diceret defectiua fuisse creādo hoīes ad finē quē nūq̄ ꝺsequi deberet. Hoc aūt ē i cōueniēs in deo ponere. Ūñ anselmꝰ in li. Cur deꝰ hō. inqt. Nō decet summā firmitatē ⁊ firmissimā stabilitatē suū firmū ꝓpositū infirmari. nec decet summā bonitatē suo fine. Nec ille. Ergo necessario fuit repabāc repationē necessario fuit incarnatio filij dei. Rnderur ꝑm Aler. de aleo vbi. ō. et Tho. i. iij. pte summe. q. j. ar. ij. q̄ aliq̄d ad finē aliquē ōr esse necessariū duob⁹ modis. Prio fine q̄ finis haberi non pōt sicut cib⁹ est necessarius ad ꝺservationē vite humane. Illud aūt ōr ꝓpie necessariū qō si non fieret res perirer vel deterior fieret. l. impēse ff. de ver. sig. ⁊ sic nō fuit necessaria icarnatio filij dei ad restaurationem hu mani generis. q. deꝰ p suā oīpotentē virtutē poterat naturā hūanā multis alijs modis reparare. Scōo modo ōr aliq̄d necessariuꝫ ad finē aliquē: p qō videlicet melius ⁊ ꝺueniētius ꝑuenit ad ipm finē sicut equus necessarius ōr ad iter. Necessariū em q̄nq; exponitur ideſt ꝺueniēs. Ecclxvij. di. c. credo vos fratres. ⁊ ibi Archiē. et necessitas. i. congruitas vt i ouid. de trina. ⁊ semi. circa pn. Jtē aliq̄n exponitur necessitas. i. commoditas vel honestas. xxj. q. iij. c. j. i vltima glo. Alīq̄n etiā exponit necessario. i. vtiliter. vt in j. consti. codi. in pn. ⁊ necessariū. i. vtile. ff. solu. mri. l. j. ⁊ no. inſti. de acti. §. alie. Jtē necessariū exponit q̄nq; i. vtile ⁊ expediēs ꝓbatur p glo. in cle. j. de procu. ⁊. ff. ō offi. pfe. ꝑ. l. j. ⁊. ff. de ope. no. nū. l. de pupillo. §. meminisse. Et his omnibus modis fuit necessariū filiū dei incarnari ⁊ pati ad huma

Necessitas se fuit rēm in carnāre

Necessarium dic. fm pluriter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne nature reparationes q̄ ille modus fuit melior, vtilior, ꝓuenientior: ⁊ magis expedies ꝯ alios alius. Vñ Aug. i. xiij. li. de trini. et ponit magr in. ij. sen. di. xx. dicēs. Si q̄s verū alio modo potuerit deꝰ reparare humanū genus ꝯ ꝑhonorē filij sui: Dicim⁹ ⁊ aliū modū fuisse possibilē cui⁹ poreſtati cūcta subiacēt. ſs nostre miserie sanāde ꝓuenientiorē nullū fuisse nec oportuisse. B ille. Et b quia nullus alius ita satisfaciebat diuine iusticie. Vñ vulgaris poeta florētinus in. iij. comedia inqt. Turi laltri modi erano scarsi a la iusticia. Sel fiol de dio non se fuisse humiliato adincarnati. Et hoc ꝑhaſ sic. Deꝰ ab eterno ordinauit hoies ad beatitudinē vt ptz ex ꝓdictis. ⁊ habetur etiaꝫ a theologio in. xiij. di. xlij. ⁊ p Tho. ſ. ij. q. iij. ar. viij. Sed ipse per peccatū trāſgrediēdo mandatum dei eternā dānationem ꝓmeruit. Aut ergo deꝰ debuit eū beatificare stāte eo i peccato ⁊ non faciēte ꝓniam de crimine perpetrato: aut non. Non est dicēdū ꝙ sic. q⁹ tūc deꝰ fuisset iniustus. q⁹ iniusticia est saluare peccatorē. vt dicit Aug. in lib. de spū ⁊ aīa trūſumptiue i. ſ. sen. di. xlij. c. iiij. Jtē iusticia requirit vt delicta nō remaneāt ipunita. l. ſi longi⁹. ff. de iudi. l. ita vulneratus. ff ad. l. aqui. l. ſtichū aut pāphilū. ff. de solu. Deꝰ aūt est iust⁹ ⁊ iusticiā diligit. ipſe di. ps. vij. ⁊ non pōt ka cere iniusta. vr ō: i ꝓdicta di. j. sen. Si ꝯ nō saluasset eū: tunc determinatio sua que ab eterno statuit ei da re beatitudinē fuisset fallibilis. qđ esse nō potest. q⁹ deus infallibiter scit oīa anteq̄ fiāt. xxvj. q. v. c. vl. i fi. ⁊ oīa nuda ⁊ aperta sunt oculis eius. Heb. iiij. ⁊. c. Deꝰ ois potēs. q. ſ. ⁊. q. v. c. ꝓſbyter. ⁊ ē infallibilis veritas. c. ſi consuetudinē. ⁊. c. q̄ contēpta. viij. di. Ut ergo hoc inconueniēs remoueret ordinatio deꝰ effectui mādaretur. atq̄ diuina iusticia quietaretur. necesse fuit satisfacere ꝓ peccato ꝓdicto. Qua satisfactiōe facta posset hō ꝓsequi beatitudinē: nedū ſm diuine mie magnitudinē: sed etiā ſm di ine iusticie rectitudinē. Modo ꝓstat ꝙ hō purus siue aliqua creatura non potuit satisfacere ꝓ hoc peccato. Cui⁹ rō assignat a ⁊) Bona. in eadē di. ⁊ ab. Aler. de ales vbi ō. Nō em potuit per angelū reparari. quia de rōne iusticie est vt qui peccauit satisfaciat. iuxta illud Ezech. xviij. Anima q̄ peccauerit ipa morietur, trāſumptiue in. c. ſi ho

Nō fuit ꝓuenies tior via redimēdi.

§

Dō puruus nō potuit satisfacere.

beo. xxiij. q. xj. Quia ille q̄ obligationes facit dꝰ ſoluere debitū. l. crimē. ff. de penis. ⁊ l. ſancimus. C. eo. ti. Cū ergo angelus, non peccauerit: non debuit per eus fieri satisfactio' ꝓ peccato ꝓmoꝝ parētū. qđ ꝓbatur etiā per ea que habetur in. l. ob matrioꝝ. C. ne vxor ꝓ mari. ⁊ i. c. romana. de sen. exc. lib. vj. ⁊ in. l. ſi pena. ff. de penis. ⁊ in. ca. illud xj. q. iij. ⁊ in. c. nullius. ⁊. c. placuit. ⁊. ca. tu dei. ſ. q. iiij. et in. c. ꝙſuit. ex de his que fiūt a ma. par. c. ⁊ ibi gl. vbi dicit ꝙ non debet ꝑtare penā qui non fecit culpā. et idē habetur l. c. cognoſcēteꝰ. de consth. Jtē reatꝰ peccati originalis obligauit totā humanā naturā ⁊ singulos eius generis ab adā ꝓpagādos ad eternā dānationē. Sed null⁹ angelus potest eē ꝑs totī hūane nature ex se. Si igitur ſm Ansel. in satisfactiōe debꝫ fieri restitutio de ablato. ⁊ ieməda de iniuria. ⁊ sic illud p q̄ fit satisfactio debet esse maius ꝙ cōmissum vel saltē equale. ⁊ op⁹ plus reddere ꝯ fuerit ablatū. ꝓ satisfactione iniurie vltra damnū. vt ptz in. §. itē mitra. ⁊ in. §. tripli. inſti. de actio. vel saltē tātundem. Ergo oportebat ꝙ ille ꝑ quem satisfactio debebat fieri de pcō originali eēt tantus ꝙ posset equari toti humane nature. ⁊ ꝙ etiā plus valeret vel saltē tantūdē. Sed nullus angelus ſingularis est hmōi. ergo ꝛc. Jtē in restauratiōe ⁊ reparatione ista oportebat q̄ hō restitueretur in illa dignitate in qua erat ante pcm̄. ⁊ in qua remāſiſſet ſi non peccaſſet q⁹ illa ōs ꝓfecta restitutio per qua omnia restituūtur integre l. ſ. cum ſequēti. C. de sen. pal. ſs homo ante pcm̄ nulli erat subiect⁹. nec fuiſſ⁹ niſi deo immo oīa alia creata ad eius vtilitatē erant ſibi subiecta. iuxta illō ps. viij. Oīa subiecisti ſub pedib⁹ eius ꝛc. qō no. etiā in. l. ij. ff. de ſta. ho. ⁊ ꝓpter hoc ōs esse dignissim⁹ inter oēs creaturas. l. iuſtiſſime. ff. de edil. edic. vbi gl. allegat Virgiliū ⁊ Ouidium ad hoc. qō etiā no. in. § quia ho. in aur. de nup. ⁊ in. l. venditor hominis. ff. de euic. et inſti. de rerū di. §. partus ancillæ. ⁊ de iure na. gen. ⁊ ci. in fi. Sed ſi per angelus vel aliā creaturā redēptus fuiſſet: non esset ad pristinū statū restitut⁹. q⁹ sic teneret illi angelo vel alteri. redimēti sicut creatori. quia vt dicūt ꝓdicti doctores non min⁹ est ꝓnſi cū redēptiōe ꝙ creatiōe. Et ad b pōt applicari illud qđ inqt Claudianus in maiori volumine dicēs, nō minor est virtus ꝙ

querere parta tueri. Qui etiā ibidem ait. Pls ē seruare ſimū ꝙ ſſiſſe nouū. Ad hoc q⁹ applicari posset illud qđ dixit imperator C. ꝺvete. in enu. l. j. §. cūq⁹. l. ꝙ laudabilior ē ille qui factū subtiliter emēdat eo q̄ prius inuenit. Semper igit hō ſili redimēti ipm fuisse debitor⁹ sue saluti obligatōe naturali q̄ vult vt bñ faciēti bn faciam⁹. l. sed ⁊ ſi le ff. de dona. c. cū in officio. ex de testa. ⁊. ca. de forma. xxj. q. v. Jtē in bttudine nō po ſ ser hō ipi angelo rōnabilr coeqri. sicut nec seruꝰ dño suo dꝫ equari. Sed Mat. xj. inquit saluator. Erunt hoēs sicut angeli dei i celo. Ergo nō debuit homo redimi p aliū

Dō nō debuit redimi p aliuꝫ nisi per deum'

quē ꝙ ꝑ deū. vt eum adoraret ⁊ amaret ex toto corde suo. et ex tota oīa ⁊ ex oibus viribus suis vt ꝓcipit Deut. vj. ⁊ Mat. xxij. trāſū priue in c. oīa. xxij. di. ⁊ in. c. vnico. §. b vnguento. de sacra vncti. qō quidē preceptum iplere nō potuiſſet ſi ab alio ꝙ ab ipo deo fuiſſet redēpt⁹. Debuit etiā ab eo redimi vt ipm deū solū veneraret: nō tm vt creatorē sed etiā vt redēptorem: q̄ dixit Esa. xliij. Ego riā meā alteri non dabo: et ideo debuit ipe incarnari ⁊ humanum genus redimere: ne gloria sua daretur alteri rōne redēptionis

8 Alia rō q̄ nulla creatura potuit hominem repare.

Pretērea ꝙ nec angel⁹ nec alia pura creatura potuerit homines reparare ꝓbat. Quia vt ait Augu. sup' Job. Maius est ō impio facere iustū ꝙ creare celū ⁊ terram. Sed ꝑ lapsus humani generis oēs cecidērūt in impietatē. ergo ad hoc ꝙ de impijs fierent ꝓ eē iusti. necessaria fuit maior actio ꝙ fuerit creatio celi et terre. Nec aut⁹ non potest inuenirī niſi in creatore oſm oī potente. ergo ꝛc. Item ſm Ansel. in li. Cur deus homo. c. xx. pena debuit cōſiderē de licto. q⁹ ꝙ mēſura delicti dꝫ esse ⁊ plagarū modus. Deut. xxv. ⁊ l. respiciendū. ff. de penis. ⁊. l. pedi⁹. §. ſ. ff. de incen. ruī. ⁊ nau. ⁊ l. ſ. §. sed ⁊ qui porcū. ff. de abige. Sed peccatū hoīs fuit infinitū. non ratione actus ſed q⁹ naturā humanā ꝓmouit bono infinito. Jtē quia rē in potētia infinitā ſcorrupit: quia ſi deo placeret idiuidua humane nature multiplicari possent ſine fine. Jtē hec offensa dī infinita ratione dei offensi. q̄ eū infinite ꝺtutis: inf illud ꝑs. xlvij. Ada gnus dño ⁊ laudabilis nimis. ⁊ magnitudinis eius non est finis. Tanta em est iniuria quanta est ꝑsona offensa. §. atroꝝ. inſti. de injꝝ. ⁊ no. i. c. cū illoꝝ. ō sen. exc. Cū igit

p

Ro expeditiōe huiꝰ ptis querēq̄re potu⁹ ꝑsona filij ꝙ pris vel spūſcti fuit incarnata. cū etiam alie ꝑsone diuine potuerint incarnari. vt declarat magr i. in. sen. di. j. Ad quā dubitationē rndet Aler. de ales i. iij. p te sum. i tract. de ꝓuenientia icarnatiōis Et brūs Tho. i. iij. scripto. dis. j. ar. ij. ⁊ i. iij. p te sūme. q. iij. ar. viij. Et ſcūs Bo. i. iij. di. j. ar. ij. q. iij. ⁊ Alexāder lombardus ibidē. ⁊ Rich⁹ i eadē di. ar. ij. q. iij. dicēteꝰ. ꝙ hoc ꝓuenientius fuit multis rationib⁹. Quaꝝ vnā assignat Hugo de sancto victore in lib. de spūali clamore dicens. Congruentissimum fuit rōne mediationis vt filius ad incarnationē mitteretur' magis ꝙ pater vel spūſanctus. Decebat em ſi vt qui erat medius eēt etiā mediator. hec ille. Et ad b ostēdendus xps mediator voluit in omnib⁹ tenere mediū. Natus em est media nocte. vt ꝓdictus fuerat Sap. xviij. Et positus fuit in medio afolium Luce

D Quare ſolvſ. hō fit i carnatus.

Ratiōe mediationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ñ. sicut p̄dictū fuerat Abachuc. ij. Jnuētus etiā fuit in medio doctor. Lu. ij. Et trāsiēs per mediū illor ibat. Lu. iiij. Et erat in medio discipulor sicut q̄ ministrat. Mar. xx. & Luce. xxij. Jn medio etiā mūdi crucifixus est. ps. lxxiij. dicēte. Opator est salutē in medio terre. Et in medio latronū occisus est: Jo. xix. sicut p̄dictū fuerat Esa. liij. Jtē post resurrectionē suā in medio discipulor apparuit Luc. xxiiij. & Joh. xx. Et ideo etiā in incarnatione se vez esse mediatorē ostēdit

Tria sunt de rōne medij.

Notādū est autē q̄ de rōne medij sunt ista tria. s. vnire. distare et innotescere. Primū. s. vnire fecit xps. Assumpsit enī humanā naturā in vnitate diuine psone qua fecit vtracq; vnū. ad Ephe. ij. Mundū reconciliās sibi & deo patri. s. ad Coz. v. & b inquātū dedit semetipm̄ p omib; in redēptione s. ad Ti. ij. Unde Greg. in. xx. moral. ait. Ut nit mediator dei & hominum xps Jesus. vt quia per simo nostra distabam; a summo: tungeret ima summis. atq; ex eo nobis via redēdi differet quo summis suis ima nra copularet. Scō o de rōne medij est distare ab vtroq; extrēo. vt ait pba. ij. ethi. c. v. & no. in. l. ij. §. adiectio autem ista. ff. ad le. cor. ō fic. Christus autem incarnat̄ p̄m naturaz humanā distat a deo & ab hoib; p̄m naturā diuinā. Tertio de rōne medij est innotescere. Clarius enī cognoscitur mediū q̄ extrema in sui excellētia. vel tedūt vel soluūt sen suz p̄m suiaz p̄bi. ij. ethi. & v. pol. Mediū autem est magis adequatū potētie. & ideo clarius apprehēditur. Ad qō applicare posumus illud Martiniani poete dicentis.

Maior enī medijs gratia reb; in est. Quia igitur xps p̄m vnū extremū. i. p̄m naturaz diuinā potentiā nostrā intellectuā intransitū excellit: vt eū cognoscere nō possim;. ſs p̄m naturā humanā meli; cognosci potuit Jdeo congruum fuit ipm incarnari. Jtem vt inquit Hugo vbi. s. Jllū qui sanctificatiōnē facere debebat p humano genere oportebat esse mediatorē inter deū & hoies. Filius aūt inter diuinas psonas tenet locum mediū. Ergo ipse potius debuit incarnari Erat enī questio inter deū & hominē. Deo cōquerebat̄ de homine q̄ ipm offenderat. hō de deo q̄ creaturā suā reliq̄rat. sed xps solunt hāc questionē. mediatorē se faciens.

Media tor dz esse hre

Ubi notandū q̄ mediatorez habere cōmunitatē aut oritatē & strenuitatē. Uñ humanā gens cōquerebatur se nō habere cōmunitatē. Job. ix. c. dicēs. Neq; enim vir qui cōmunis est mihi ꝛndebo. Nec auctoritatē q̄ posset partes arguere. Et ideo ibidē ōz. Non est q̄ neutrū possit arguere Cōque rebat etiā se nō habere strenuitatē q̄ posset diuidere. Unde ibidez subditur. Et ponere manum suam in ambobus. Ebulus autez fuit verus mediator. quia habuit cōitatē cū deo inquantū deus. & cū homine inquātū homo. iurta illud ad Gal. iij. Mediator vni; non est. s. nature. sed duplicis. s. diuine & hūane. Scō habuit autoritatē in arguēdo. iurta illud q̄ dictum fuerat deo Esa. xl. Arguit in equitate pro mansuetis terre Tertio habuit strenuitatē in dicēdo. Unde Mat. vij. ō: Admirabant turbe super doctrina eius. Erat enī docēs sicut potestatē habēs. Xps ergo se ponēs inter deu; & homines pacificauit omnia. Unde apls ad Col. j. ait. Pacificās p sanguinē crucis que in celis sunt. & que in terris. Contingit autē sepe q̄ mediator ab vtraq; parte vulneratur Et sic xps vulneratus est a patre. iurta illud Esa. liij. vbi ipse pater de filio ait. Propter scelus ppli mei percussi illū. Jtē ab hoste fuit percussus. Unde Zach. xiij. ipse loquit. Dic plagis plagatus sum in domo eoz q̄ me diligebant. Alia ratio quare filius potiꝰ ꝯuenit incarnari ē. q; pater per eū omnia creauit iurta illud Johan. j. Omnia per ipsum facta sunt. & Gen. j. In principio creauit deus celum & terrā. Ubi exponit Aug. In principio. i. in filio. Et ps. xxxij. ō. Verbo dñi celi firmati sunt. & spū oris eius omnis virtus eoz. Que verba exponens Grego. in quodam sermone inquit. Verbū dñi filius est patris &c. Jtez ps. xciij. dicit Dauid loq̄ns deo. Omnia in sapientia fecisti: videlicet in filio qui est sapientia patris. Cū ergo i creaturis videamus q̄ per eandem artez reficit artifex rem̄ artificiatam destructam per quam primo fecerat eam. decuit deum patrem per verbum et sapientiam suam omnia reparare: per qō & per quā omnia creauerat. Et hanc rationē tangit magister in. iij. distī. j. di. Ordine congruo atq; alto dei sapiētia fecit p filio. vt deus qui in sapiētia mundum cōdiderat. eadē que in celis fūt et in terris restauraret. hec ille. Jtem cum filius sit imago dei. vt dicitur ad Col. j. cōgruum fuit ipsum incarnari. quia et hoc habet cōuenientiā cū eo q̄ erat reparandus. s. cū homine ad imaginē dei facto Genes. i.

Alia rō q̄ pat non debuit incarnari.

